



**Asinus avis, hoc est, metamorphosis nova, qua novitus
quidam sacramentarius, Marcus Bo?mberus, dum temere in
avem falconem transire voluit, ridiculo errore in asinum
commutatus est.**

<https://hdl.handle.net/1874/423696>

Afinus auis,<sup>holderg vng onag. & f.
sive cinculungue</sup>

HOC EST,

METAMORPHO-

SIS NOVA, QVA NOVITIVS QVI-

DAM SACRAMENTARIVS, MARCVS

Bömlerus, dum temerè in auem falconem trans-
ire voluit, ridiculo errore in afinum commutatus est.

A

WILHELMO HOLDERO, ad Sacramen-
tarios Heydelbergenses scripta.

ECCLESIA ST. SALOM.

CAP. X.

Stultus in via sua ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes stultos
estimat.

IN FALCONON.

Audax dum nimium contendit ad ardua falco,
Et petit innocuas quasq; superbus aues,
Non impunè tulit: infandisq; excidit ausis:
Excidit, & graditur tardus asellus humi.
Non impunè tulit fastum: sed, vt Icarus olim
Incidit & quoreas non redditurus aquas:
Sic merito cadit ipse suo cœlo, atq; repente
Fit afinus, strepera mancipiumq; mole.



T V B I N G A E,
Apud Georgium Gruppenbachium,

M. D. LXXXVII.

CHYLDGMATI

VITIVOK

M

hat hewen dach

no gret hewen dach



E GE DIVINA SANCITVM Exo. 23.

est, vt si quis bouem aut asinum proximi, Deut. 22.

etiam inimici, vel errantem videat, vel sub
onere iacentem, eum vt ad herum suum
reducat. Cum itaq; superioribus diebus
in vestru. asinum, viri Sacramentarij, in-
ciderim, non solùm à veritatis via procul aberrantem,
sed & sub onere, quod illi à vobis pro viribus longè gra-
uius impositum erat, planè succumbentem , visum mihi
est, cum hoc breui scirpto, ceu freno quodam, ad vos, tan-
quam legitimos possessores, retrahere.

Ne autem iniuriam illi à me aliquam fieri existimetis,
quòd asinum ego iudicem, quem vos Leonem falsò cre-
didistis: rationibus quibusdam firmis atq; perspicuis, il-
lud ostendere conabor. Vos quæso ne cogitationibus ve-
stris in cœlum nunc subuolatis , sed huc animum & aures
aduertite: neq; enim de asini vmbra , sed de ipso asino ve-
stro, quantus quantus est, pugnabimus.

Et initio quidem, vt pluribus istud euincam, penè ni-
hil necesse videtur, cum ille propè sua sponte id profitea-
tur. Etenim præfatione sua, rationem redditurus, quare
Grynaeo, qui & scipsum, & causam vestram turpiter dese-
ruerat, ipse potissimum loco successisset, ita scribit: Iudi- “ A. 3. fol. 1.
cant viri cordati D. Grynaeum multò vtilius laborare, &
maius opera precium facere posse, si otium & tempus stu-
diosæ inuentuti potius, quam odiosis rixis & contentio-
nibus impertiat.

Fatetur itaq; palam, & liberè, Asinus vester, se, suorum
etiam iudicio, neq; vtilius quicquam laborare, neq; ma-
ius opera precium facere posse, quam vt otium & tempus
odiosis rixis & contentionibus impertiendo , perdat.
Quod, quid quæso est aliud, quam si uno verbo sese Asi-
num stupidum dixisset? sic vt vteriori probatione res pe-
nè non indigeat: Tamen vobis gratificaturus, tribus ar-
gumentis ceu tribus testibus, demonstrabo, illum Asi-

num esse, tanta perspicuitate, ut etiam de vestro affensio
nihil dubitem.

Primum Argumentum.

Qui rudior est quouis Afino: Is non iniuriâ Afinus di-
citur. Vester ille quouis Afino rudior est. Ergo.

Probatio Minoris.

CVM negare non possis (ait de me Afinus) Panem in
Ceena adesse naturaliter, id est, modo naturali & lo-
cali: nolens volens concedes , Corpus (Christi) naturale
& essentiale, naturaliter in Ceena adesse, quia tua ipsius
confessione corpori Christi, verè & PRO PRIE tri-
buitur, quodcunq; pani fit: nisi malis dicere, panē quoq;
supernaturali modo & illocaliter adesse. Respondeo: Si
I. Fal. pag. 84. „ D. Lutherus, aut ego scripsi , verè & propriè corpori
Christi tribui, quodcunq; de pane fiat: bona certè fuerit
Argumenti illius consequentia. Verùm Afini vestri iudici-
tas, Viri Sacramentarij, nō præiudicare debet nostræ cau-
sæ. Quod enim Lutherus scripsit, & ego repeti: Rectè &
benè corpori Christi tribui propter vñionem Sacramen-
talem, quodcunq; pani fiat: Afinus vester; omissis partici-
culis RE CTE & BENE, substituit: VERE & PRO-
PRIE. Et quidem vt Afinianæ aures conspici melius pos-
sint, illud (PROPRIE) maiusculis literis scripsit: quasi
verò inter hæc duo nihil intersit, Rectè aliquid dici, &
Propriè aliquid dici.

Exemplo rem ostendam: Si dicam: Bemlerus est Af-
inus: istud rectè & benè dicitur, oratione figurata, quia
ille multa habet similia cum Afino, vt ruditatem, ignauia-
m &c. sed non propriè id dicitur. Cum enim homo,
& afinus, species disparatae sint: propriè nunquam de se
mutuo poterunt prædicari. Quod itaq;, quid sit Pro-
priè

ad Sacramentarios Heydelbergenses.

5

priè dici, ignorat vester Afinus: illius ruditatem nos pra-
pare non possumus.

Scipit D. Jacobus: Quando Caro opponitur Spiritui, nihil aliud quam Caro intelligitur, sine de nuda Carne, SIVE peccatis contaminata intelligatur. Ex his verbis eiusmodi argumentum extruit Afinus vester:

Quando Caro Spiritui opponitur, nihil aliud intelligitur, quam Caro nuda ET PECCATIS contaminata. At quibusdam Scripturæ locis, vbi de Carne Christi verba sunt, Caro opponitur Spiritui. Ergo & Caro Christi est peccatis contaminata. Sicille. Respondeo.

Hic verò quod dici solet: Afinus in paleas. Sed videte quæso, quanta sit Afini vestri ruditas, qui nec præcepta Grammatices tenet. Si enim ex ipso quæram: SIVE, cuius Partis Orationis? An non Coniunctionis? Vtq. Cuius potestatis, an non Disiunctiua? Quare igitur elisa particula. Disiunctiua, SIVE, inserit Copulatiuam, ET, quasi nihil inter utramque discriminis? O recentes Virgas. Exemplo declarabo. Si dicam: Bemlerus aut homo est, aut afinus: istam propositionem ille ferre poterit. Cum enim satis sit, Disiunctuarum alteram esse veram: ille homo esse volet. At si dicam: Bemlerus homo est, ET Afinus: illud vix admitteret, cum periculum sit, ne quis externa tantum formâ hominem cum referre, ceterâ Afnum esse, existimet. Cum itaque per ruditatem suam D. Iacobi verba Afinus vester corruperit: quare ego ruditis illius culpam luam?

Dixeram, Caluinum, si recte mentem eius assecutus sim, perperam ad Paulum torquere, quæ Lucas de comitibus eius recitat. Rudit Afinus: Iudicet cœlum & terra, utrum tu apertus Calumniator sis, nec ne. Respondeo. Si ostendere posset Afinus, quod conatur: tamen

III.

Autorum 9.

"Scripto triplici:
"fol. 22.

Afinus aut.

calumniæ me nunquam conuinceret. Quare enim omittit ille, quod ego addideram? [Si rectè mentem eius assecutus sum.] Nam quòd obscurior esset oratio, nolui aliquid Categoricè affirmare, sed ex hypothesi dixi: Si rectè mentem eius assecutus sum. Perinde autem colligit Afinus vester, ac si dicam ego: Si Afinus Bemlerus volat, habet pennis. Ergo Bemlerus Afinus, habet pennis. Negatur consequentia: quia propositio Hypothetica, cùm nihil ponat inesse, vt veteres locuti sunt, neq; affirmat neq; negat. Quare igitur Categoricè à me dictum simulat, quod ex hypothesi dictum est, nisi quòd ruditas eius non intellexit, quid significant verba ista: 'Si modò mentem eius rectè assecutus sum? Ideo tanquam ad rem non pertinientia omisit. Interea tamen, vt videatis, an Caluino tribuerim quicquam calumniosè, respondete: Si hæc verba: Neminem autem videntes: non pertinent ad Paulum, sed tantum de comitibus eius à Caluino accipiuntur: quæ est ratio consequentia, aut quis nexus argumenti eius: Paulus vidit & audiuit Christum in carne sibi loquenter: Ergo non ab homine, sed diuinitus emissa fuit vox illa? An non contrarium potius sequitur? Intelligitis igitur, Caluinum hoc ipsum voluisse, quod ego scripsram. Sed Afinus vester per ruditatem nihil horum assegitur.

III.

Quòd Tropis omnia compleret Grynæus, & prædicaciones de Filio Dei figuratas diceret: admonitus fuit, videret, ne TANDEM Arianismum prosteretur. Hinc Afinus exclamat: absurdum esse & stolidum. Quomodo enim Arianus ad Arianos deficere possit? Atqui ego eum Arianum esse, non dixi: sed monui solù, ne tandem ad illos deficeret. Afinus verò, qui ignorat, quid Aduerbiū illud (TANDEM) significet, & quòd futurum tempus denotet: illud omisit, quasi ad præsens negotium

ad Sacramentarios Heydelbergenses.

5

gotium nihil ficeret. Et perinde me argumentatum finit, ac si quis dicat: Bemlerus, et si hodiè rudit, & imperitus est Asinus: tamen, si posthac literis diligentius incubuerit, euadet tandem in virum doctum. Ergo, Bemlerus hodie est vir doctus. Negatur consequentia: quia distincta sunt tempora, præsens & futurum. Ideoq; non debent confundi. Videtis igitur, non orationem meam, Sed Asinum vestrum, propter literarum ignorantiam, stolidum esse.

V.
Eadem conscientia operam suam Illustriss. Marchionis Badensi Carolo p. m. Grynæum obtulisse, dixeram, quâ se Tubingæ iure iurando ad doctrinam Augustanae Confessionis deuinxerat, procul dubio ab eodem piissimo Principe ad hanc eandem Confessionem iuramento astrictus. Asinus calumniam esse rudit. Et Grynæus (ait) nullo iuramento à Marchione Carolo astrictus est. Respondeo. Esto: Num verò idcirco calumniator ego sum, quia ille Asinus est? Quare enim omittit, quod ego addidi, procul dubio? Videtis igitur, id exceptione quadam à medictum. Tum enim nihil mihi certò constabat, sed ex consistoriorum consuetudine conjecturam probabilem sumebam. Id verò, dum ille non intelligit, omittit, & quasi simpliciter, & sine omni conditione assuerim, sic verba mea recitat. Ex quo perspicuum est, non me calumniatorem, sed illum magnum Asinum esse.

Hoc verò iam addo ex ore eorum, qui illius rei cognitionem certiorem habent. Grynæum vtq; iuramento ad doctrinam Augustanae Confessione comprehendam obligatum fuisse. Ita ut si simpliciter etiam, nihil tamen calumniosè, sed quod res erat, scripsisset. Ille autem uester, qua est temeritate, aut de incompertis sibi, aut certè contra conscientiam verba fecit.

Scripseram

VI. **S**cipseram pag. 4. Prodromi: Et quidem quando vel
1. Cor. 15., Cum enim ait: sibi omnium nouissimè apparuisse: testatur certè, post resurrectionem & ascensionem demū istam visionem sibi oblatam. Rudit Asinus: Aliud est, inquit, loqui de tempore, aliud vero de modo, quo fit: illud prous, cùm, te quoq; teste, Paulus tantum faciat: certè posterius, quod sine omni ratione assertis, non attingit. Respondeo. Ipse verò Asinum se esse, sine omni ratione & iudicio, ostendit. Quare enim eliditur, quod ego dixi: [Quando?] Non enim solum: Quomodo, sed quando & quomodo coniunxi. Posterius repetit, prius autem omittit. Dicat autem Asinus vester: Quando, cuius Partis Orationis? an non Aduerbij? Cuius Significationis? an non Temporis? Id si sciebat: quare exclusit, quasi ad rem non faceret? Si nesciebat, quanta est eius ruditas? quanta inscitia? An non ferulis subiiciendus erat?

VII. **C**apernaitas nos dicit, ut qui sensualiter Corpus Christi comedi, & dentibus atteri doceamus. dum Beringarij Palinodiam, in gratiam Nicolai Papæ probemus. Respondeo: Sed quare Asinus vester reticet, quæ ibi dem explicationis gratia Lutherus addidit, videlicet, hac non de Corpore Christi, sed de pane accipienda: Corpus enim Christi dentibus nequaquam atteri posse: Tribuit autem illa etiam Corpori Christi rectè & bene, non quidem per se, sed propter unionem Sacramentalem, propter quam de Corpore prædicentur, quæ tamen re ipsa de solo pane fiant. Si ista, vester ille Asinus intellexit: quare dissimulat? Si verò adeò rudis est, ut nihil horum asequi possit: num propter rudimenta ipsius, nos Capernaitæ fuerimus.

VIII. **D**ixerat Asinus: [Melanchthonem, doctrinam detripli genere prædicationum, in posterioribus scriptis,

ptis, emendasse.] Cùm autem animaduerteret, quæri ad-
huc posse, priora ne potius, an posteriora scripta, de hac
materia, probanda sint? ideo addit: Posteriores cogita-
tiones, S E M P E R meliores esse prioribus. Sed Afinus,
quid significet: SEMPER: & quod notationem seu
viam vniuersalem habeat, qua est ruditate, penitus igno-
rat. Petri cogitationes priores erant: sequendum Do-
minus in carcerem, & vsq; in mortem: Posteriores verò,
longè satius esse, abnegare Dominum, quam venire in vi-
ta discriben. Si igitur posteriores cogitationes semper
sunt meliores: ergo & illæ Petri? Et, si vera sunt, quæ di-
cit Afinus: laudandus Neuserus, qui posterioribus cogi-
tationibus, quæ semper meliores sunt, locum dedit. Et
improbanda crudelitas Sacramentaria, quæ Sylvanum
supplicio affecit capitali, cùm posterioribus cogitationi-
bus locum dedisset, quæ SEMPER confueuerunt esse
meliores. Agnoscite ne, Afini vestri, Viri Sacramentarij,
ruditatem & inficitiam?

VT ostenderem Grynæum, etiam antequam Tubin-
gam accederet, clam Cinglianis & Dogmati ipsorum
fuisse: ipsius verba recitaui, quibus dixerat, se scriptorum “
Melanchthonis semper fuisse amantissimum. Et se, cùm “
Tubingam peteret, Vuitebergam abiturum fuisse, quam “
sibi delegerit, nisi à suis admonitus, & impeditus fuisset: “
Et addidi: Fuit hoc anno 62. [Cùm, scilicet, iam omnia
ijs locis, Sacramentarijs personarent.] Rudit ergo nunc “
Afinus. An ne, inquit, oblitus es verba Lutheri: Eum con- “
temptum hominem esse coram Deo, qui Philippum con- “
temnat, & quod Locos Communes Philippi, etiam om- “
nium Patrum scriptis, longissimè anteponat. Respondeo. “
Non ignoror ista: sed Afinus ignorat, quid significant ista
verba: [Fuit hoc Anno 62:] Ideoq; è numero reliquorum
illa exclusit. Atqui vulgo dicunt: distingue tempora & Augusti.
concordabit scriptura. Quod cùm à me factum sit sedulò:

B

Afinus

Afinus autem per ruditatem suam, temporis circumstantiam omiserit: iniquum foret, me ipsius errorem & inscitiam præstare.

x. *C*ontemptores nos vocat nostri Magistratus. Illistris enim nostrum Principem, nebis mandasse, ne posthac Theologos Heydelbergenses, publicis scriptis lacecesseremus. Etsi autem, an isthac sic habeant, vehementer dubitem. Quis enim credit, afinū ad familiare Colloquium, tantorum Principum, admisum, ut etiam forma-
lia ipsorum verba commemorare possit. Tamē esto: Nunquid verò nos contemptores magistratus nostri sumus, quia ille Afinus est? Dicat enim nobis, lacecessere quid significet? Prouocarē ne alium, an verò respondere? Lacecessere scripto aliquo (inquit Cicero) Ego enim facilius responderem possem, quam prouocare. Atqui ego neminem lacecessui: sed cum disputatione publica nos lacecessisset Grynæus: opposita à nostris fuit Confutatio, ad quam cùm suam edidisset Apologiam Grynæus, ego ei respondi. Afinus verò vester, qui nescit, quid significet, lacecessere facere: cùm pollicitationem illam (si quæ esset) ipse non intelligat.

xii. *S*cipserat quidam Sacramentarius, nihil amplius in S. Cœna præberi, quam in simplici verbo. Ad id rudit, Afinus: *Quis*, inquit, te docuit, plura sigillis obsignari, quam verbo promissionis exprimantur? Respondeo. Sed quis Afinum docuit, præbere & obsignare, idem esse? An non præbitio ad substantiam rei, obsignatio ad finem refertur? Certè si queram: *Quid præbetur Afinus?* aliud est, quam si queram: in quem finem præbetur? Ad priorem quæstionem respondeatur, præberi paleas: ad posteriorem verò quæstionem respondebitur, ut sufficiens esse possit gestandis oneribus. Sed Afinus cùm ignoret quid præbere significet: confundit substantiam rei, cum eius fine.

ad Sacramentarios Heydelbergenses. 9

PAG. 20. scripti Triplicis exclamat Afinus: O rerum, & verborum monstra à Mancipijs Vbiquitarijs enixa. Respondeo: O solœcismos à mancipijs & Afincis Sacramentarijs enixa. Istud Hechingense Latinum est, Viri Sacramentarij. Aut dicite vos, in quo Latino Autore eniti in passiuâ significacione legeritis? Si igitur posthac aliquod scriptum ab Afincis vestris enixum fuerit: relegetis prius, ne alios ridendo, vos ipsos ridendos eruditis propinetis. Sic fol. 9. eius scripti: De ea (Spirituali manducatione), sibi vobiscum Nicolai Papæ & Capernaitarum sobole, magnum certamen esse Grynæus asserit, utpote qui præter eam vestros illos Patriarchas seculi, oralem quandam fabricastis. Respondeo. Nobis autem, quod video, certamen est, cum Nicolai Molitoris, & Afincorum sobole. Qualis enim hæc est constructio? Vestros Patriarchas fabricarunt: aut, quod magis absurdum, vestros Patriarchas fabricastis oralem manducationem? Regula est pueris non ignota: Nominatiuus præcedit verbum finitum, simili numero & persona. Sic pag. 8. scribit: Patres, his vocibus, in, cum, sub, rectè usurpare. Sed qualis est constructio? Patres rectè usurparunt his vocibus? Regula est, pueris communissima: Actiua verba omnia Accusatiuos adsciscunt. Priscianus autem Sacramentarius, Actiua verbum Datiuo vel Ablatiuo etiam coniungit. Ita scribit: Inspiciantur non solùm Grynæi verba, sed attendatur etiam eius mens & consilium, & verborum suorum interpretatio. Multa similia prætero: nec horum mentionem ullam facturus eram, nisi illi subinde nobis insultarent, nunc Hechingense Latinum, nunc solœcismos, nunc barbarismos nobis tribuentes, cum scribunt: Nostras solœcismos & σφάλματα, iocandi materiam, nescio quibus, præbere. Et nemo nostros doctos viros agnosceret, si semel nomina nostrorum, omisso Doctoris Titulo, scriberentur.

PAG. 61.

NE autem affectibus aliquid tribuere videar: Ecce, quæ ad laudem Afinci vestri faciunt, non dissimulabo.

XIII.

Indixerat nobis bellum. Grammaticale Grynæus, cùm
scripsisset: [promiscuam usurpationem harum vocum, in-
sub, cum, absurdam esse.] Afinus autem vester, illo hac
in re doctior, largitur vltro, non solum indifferenter usur-
" pari posse, sed & vetustatem & ipsos Doctores Sacramen-
" tarios has voces promiscue & sine discrimine (hæc enim
" verba eius sunt) recte, pie, & verbo Dei conuenienter usur-
" passe. Addit quidem ille: veteres ad relationem signi &
signati respexisse. Sed id ad me non attinet. Præterquam
enim quod principij petitio hæc est, ad rem ipsam etiam
nihil facit: Sed sufficit mihi, enicisse: has voces promiscue
usurpare, seipso absurdum non esse: in quo cardo argu-
menti versabatur.

XXXIII.

ET hæc quidem minutiora sunt, & Grammaticalia dun-
taxat, dicamus etiam de cæteris. Contendit rursus
corpus Christi fuisse substantiam in veteri quoq; Testa-
mento. Vbi Caluinum ipsi opponere possem, qui scribit:
Hodie manductionem esse Spiritualem, quæ tum (in ve-
teri Testamento) nondum esse potuerit. Sed dicat nobis
Porphyrius ille, si puer quispiam ex ipso querat: Cùm
omnis substantia aut corporea sit, aut incorporea: Anne
corpus Christi corporea vel incorporea substantia fuerit?
Quid responsurus sit. Si dixerit corpoream: Ergo visibi-
lem, ex vestra etiam opinione? sed illi opponent ex Euan-
gelio Dominicali: Multi Reges & Prophetæ voluerunt vi-
dere quæ vos videtis, & non viderunt. Nisi dicat esse cor-
pus inuisibile: & sic erit Ubiquitarius? Si vero dixerit cor-
pus Christi in vet: Testamen: fuisse substantiam incorpo-
ream: quam erit ridiculus? Quid enim, quæso, est corpus
incorporeum? Imo: Si substantia incorporea: aut creator
erit, & sic Deus: Aut creatura, & sic Angelus, quomodo
ergo homo, aut humanum corpus, sine Natura? Ergo
aut Porphyrij arborem corrigat ille, necesse est, aut fatea-
tur, afinum esse responsum, dicere, substantiam esse
quæ

ad Sacramentarios Heydelbergenses.

II

Quæ nusquam in omni rerum natura extet aut subsistat.

Constanter affirmat: Sacramentum esse in Prædicatione Relationis, sed quām scitum istud sit, hinc patet, quod sub nullum genus eorum, quæ ad aliud referuntur, collocari possit. Nam primum genus eorum est, quæ comparantur secundum quantitatem aut qualitatem, secundum maius & minus, aut magis & minus. Secundum, quo continentur ea, quæ vt Agens & Patiens conferuntur inter se mutuò. Tertium eorum, quæ comparantur ut mensura & mensuratum, vel vt causa & effectus. Et ad quod genus, ex his, Sacramentum referet? Id si ostendere rit: sine difficultate absurditatis conuinci poterit. Quod cùm etiam anteā obiectum illi à me esset, etsi tacendo annueret, tamē passim iam sibi sumit, non esse aliam rationem Sacramentorum, nisi relativam.

XV.

Ptieram, si argumenta nostra aīsumere vellet, bona si de ageret, nec de industria vitiosâ formâ vteretur, qua sibi euadendi sine responsione fenestram aperiret ipse. Rudit ille: Postulari à se, quod sit planè impossibile: vitiorum enim rerum (inquit) vitiosa forma sit necesse est. Ecce rudentes & remos huius Asini. Ego verò putauī, formas sine figuris syllogismorum, in hunc finem inuentas, vt virtutem quod in materia seu rebus est, ostendi in forma possit. Exemplo rem declarabo. Si sic formem argumentum: Omnis Asinus rudit. Bemlerus est Asinus. Ergo. Istud argumentum Asinus vester vix probabit. Quare igitur, an aliquod vitium in forma sit? Vtq; nullum. Est enim in primâ figurâ, in Darij. Sed respondebit ad minorem, per inficiationem. Vitiū ergo in materia esse, & formam ipsam Argumenti bonam, dicet. Ergo, vitiosa rei, forma esse non vitiosa potest, quod Asinus vester, quæ eius rudera Dialectica sunt, negavit.

xvi.

Qvicunq; sese alijs præfert, aliosq; præ se contemnit: quis homo ambitiosus est. Id fecit Gryneus. Ergo. Hoc meum

XVII.

meum erat argumentum. Afinus tantum per inficiatio-
nem respondet. Et quidem Inficiationem, etiam esse mo-
dum dissoluendi argumenta, non ignoro: Sed eam, qua-
vel præmissarum altera, aut certè vtraq; negatur. Hic verò
ad neutram præmissarum respondens, tantum conclusio-
nem negat. Gryneus, inquit, est ex eorum numero, qui
cum singulari modestiâ suum munus obeunt: cum colle-
gis pacem & concordiam colunt: qui nemini se temere
anteponunt. Respondeo. Ego verò minorem argumen-
ti mei prolixè probauit. Quare non ad ea & rem ipsam re-
spondet? Conclusionem enim negare, præmissis conce-
sis, afinorum rudimenta sunt.

XVIII..

Dixeram: verisimile non esse, Christum Metonymiâ
vti in verbis cœnæ, & ambiguitate verborum in suo
Testamento ludere voluisse. Ille non solum ad omnes
Theologos, sed Iurisperitos, Oratores etiam, & Philoso-
phos prouocat. Verùm istò ruditu non opus erat, si in
Dialecticis & Rheticis præceptionibus vel mediocriter
institutus esset. Illi enim Metonymiam inter fallacias
quas vocant extra dictiōnēm, referunt: Et captiosæ falla-
cias à dicto secundum quid ad dictum simpliciter, annu-
merant. Hi vero inter tropos quibus vox à propria &
genuina significatione transfertur ad alienam & pere-
grinam. Apparet igitur rursus, isthæc afinina rudera es-
se.

XIX.

Prolixè probat: Christū aliquoties in Scriptura, etiam
ratione humanae Naturæ Filium Dei dici. Respon-
deó. Quis verò hoc negauit? Non hic est status, sed car-
do quæstionis fuit: Cūm in omni Disputatione cauenda
amphibolia, & distinguenda ambigua, ne appareat
obscuritas: non rectè à vobis factum, qui Filio Dei insti-
tutionem S. Cœnæ acceptam fertis, cūm aliás personam
secundam Trinitatis, aliás humanam Naturam, aliás to-
tam Personam, quæ Deus & homo est, significet. Vagatur
itaq;

itaq; extra oleas Afinus yester, dum probat, quæ extra con-
trouersiam sunt: ad rem ipsam verò surdus & mutus est.

Fallaciæ diuisionis me accusat, quod diuulserim, quæ " XX " essent coniungenda, dum seueriter dicta (sic appellat " conuitia) separari à rebus ipsis. Respondeo. Ergo ne, " Afinus, conuitia sunt res ipsæ, aut certe rebus ipsis ita co-
gnata, vt ab ijs separari nec possint, nec debeant? Nun-
quid risum tenebitis, Viri Sacramentarij, cùm hos ruden-
tes, Afini vestri, aspicitis? Istud certe libenter largior, vos
conuitijs ita hactenus pugnare, vt pro rebus ipsis habere
facile appareat, cùm omisisse ipsis rebus, aduersarios con-
uitijs defatigare vos posse credidistis. Sed an conuitia
sic cum rebus ipsis consentiant, vt separari ab ijs, nisi fal-
laciæ diuisionis committas, non possint: de eo lector
eruditus indicabit.

Tale proponit argumentum Afinus. Quicunq; do-
cet, Deum ea facere, quæ implicant contradicatio-
nem, videlicet, vt vnum & idem numero corpus, simul sit
multis locis &c. Is procul dubio negat Deum esse Om-
nipotentem. Ratio: quia illa facere non est potentia,
sed impotentia: vt vno ore fatentur Patres. Atqui De-
um ista omnia facere, docet impiè Iacobus Andr. Ergo.

" XXI "

Respondeo: Si Afinus didicisset Dialecticam, iam sci-
ret, quid essent contradictiones. Aristoteles libro de Elen-
chis Sophisticis ait: Contradiccio est, vnius & eiusdem " "
non nominis, sed rei: quæ in eodem ad idem, eodem mo-
do, & eodem tempore sumitur. Sic Dialectici Regulas " "
tradunt de oppositionibus: Ex quibus illa prima est: In
propositionibus oppositis eadem sint extrema, de eo-
dem loco, eodem tempore, respectu eiusdem, & sine am-
biguitate intellecta.

Ostendat

Ostendat autem , si potest, Afinus *vester* , nos eodem modo & respectu eiusdem , illa corpori Christi tribueret. Cùm id non possit: Ego opponam Afino regulam quin tam bona consequentia: Pugnantia non tribuuntur vni & eidem simul , & respectu eiusdem. Quomodo igitur hæc pugnantia fuerint?

xxii.

I Bidem, tantum verso folio, scribit Afinus ille: Aliud esse corp⁹ Christi, quod nos fingamus inuisibile, illocale &c. Aliud, quod Christus assumpserit visibile, palpabile, locale &c. Respondeo: Si aliud & aliud corpus est: quare paulò antè dicebas, vnum & idem numero corpus nos facere simul visibile & inuisibile? Deinde, si aliud atq; aliud: quomodo contradic^tio locum habebit, cùm illa esse non possit, nisi in vno & eodem subiecto? Tamen vt Afino vestro satisfiat, quero: An non sit vnum & idem corpus, vnum & idem Afinus, qui nunc definitur, vt quoddam corpus, ratione dimensionum suarum: deinde, vt corpus animatum, quod vegetatur, sentit, loco mouetur? Ecce tibi diuersos non solùm respectus, sed definitiones vnius & eiusdem numero Afini. Quid igitur ad ista ruedet Afinus?

xxiii.

SAEpius vnā & eadem propositione duo connectit, & nobis vtrumq; tribuit: quorum alterum agnoscimus quidem, alterum verò improbauimus semper. Vt cùm ait: nos corporalem & localē corporis Christi præsentiam docere, primū quidem verè dicit: quia corporalem, id est, veri corporis Christi præsentiam credimus & docemus. Alterum autem, de localitate, semper negauimus. Id autem dolosè facit Afinus, ex captiosa fallacia, secundum plures vt vnā, propositiones seu interrogations. Si enim negamus propositionem: simul negabimus quod haecenus docuimus. Si admittamus: tum simul probauerimus, quod haecenus semper reieciimus. Discat igitur Afinus præcepta Dialectica, nec ludat porrò eiusmodi fraudibus, quæ ruditatem ipsius demonstrent.

Propositionem (ait Asinus) cuius omnes partes propriae sunt: & ipsam propriam esse, necesse est. At propositionis illius: Homo est Deus, & è contra, (inquit ille de nobis) omnes & singulas partes, propriè accipiendas esse fatemini. Ergò &c. Respondeo: Quoniam tantopere placet vestro Asino, isthæc mysteria, sub leges Dialecticas reuocare: Ergo dicat nobis, cùm omnis prædicatio propria ad vnum Modorum ex quinq; prædicabili bus congruat: ad quem modum ex quinq; illis, potissimum referre istam prædicationem velit. Ego interea otiosus spectator sedebo, visurus in quem lapidem, ex his quinq;, maxime impingere velit.

XXIII.

Nihil necesse esse, ait Asinus, vt in propositione, homo est Deus, mihi largiatur, hominem & Deum, esse disparatas species. Respondeo: Sint ergo, tua opinione, vna species: & quomodo de se mutuò prædicabunt? Nam quod addit: Hominem illum in Persona verbi subsistere: verum id quidem est, sed tamen non vt accidentis inheret, sed verè homo & substantia est, cui etiam hominis definitio re ipsa conuenit. Sed id euenire necesse est ijs, qui diuina hæc mysteria modulo philosophico metiuntur.

XXIV.

NE Deum figuratum facere velle, existimetur: ait, aliud esse, rem aliquam figuratis verbis exponere, & aliud rem ipsam figuratam seu nudam figuram dicere. Respondeo: Tollatte, qui non nouit. Nam res ipsæ, verbis explicantur. Certè figurata oratio illa est, qua prædicatum non propriè dicitur de subiecto. Ut cùm hominem dico Leonem aut Lupum: id propriè loquendo nunquam verum esse potest. Homo enim & Leo, sunt disparates species. Figuratæ autem oratione illa rectè dicuntur: quia interdum homines cum Leonibus aut Lupis multa habent communia. Ita si dicam, propositionem: Deus est homo, & contrà: esse orationem Figuratam:

C

certè

XXVI.

certè non verè & propriè Deus erit homo, sed tantum respectu quodam, & quia quædam hominis similia Deus habet.

XXVII.

AQui rudit ille: Vocabulum Deus, propriè acceptum, essentiam significat, tribus personis Trinitatis communem. Et vocabulum homo, significat humanam naturam uniuersaliter. Nisi ergo vocabulum [Deus] per Synecdochē ad Personam Filii Dei: Et Vocabulum Homo, ad hoc indiuiduum referatur, quod Verbum assumpsit: quanta sequentur absurdæ? Respondeo: Quis verè nisi imperitus Asinus, vocabulum Deus in propositione: Deus est homo: absolutè accipiet? & non potius de Persona Filii Dei? Aut quis nescit, præter Asinos, vocabulum Homo in hac ipsa propositione de hoc indiuiduo, quod Verbum assumpsit in unitatem Personæ, intelligendum? Quòd si quis vel in seculiā vel malitia ludat, Fallaciā à dicto secundum quid, ad dictum simpliciter: alia ratione ei obuiamire poterit. Nam & in alijs propositionibus id interdum fit: nec tamen ideo figuratē propositiones singulae sunt. Non igitur istud magis ad rem facit, quām illud Cassiani, cui libenter subscribimus, quòd videlicet, in Filio Dei Filius hominis, & vicissim, nuncupetur.

XXVIII.

Melancthonem, nugatur Asinus, Sacramentales prædicationes inter inusitatas non retulisse, sed tantum personales de Filio Dei, assumente humanam Naturam. Respondeo: Si ita esset, quid ad nos? Asinus vester potius videat, quale sit argumentum eius ab Autoritate hominis negatinum. Sed ut ad rem ipsam respōdeam: Quid si ego ostendam, Melancthonem siue scientem siue nescientem, etiam Sacramentales prædicationes inter inusitatas retulisse. Etenim rationem redditurus, quare prædicationes de Filio Dei inter Inusitatas reserferat,

ferat, ait: Quia in hac propositione, Deus est Homo, “
disparatum de disparato prædicatur, quod alioqui in Na- “
tura, nec possibile sit, nec visitatum. Quod si verum est, “
cū propositionum Sacramentalium proflus eadem sit
ratio, in quibus Corpus Christi de pane prædicatur, di-
sparatum de disparato: an non re ipsa ad Inusitatas præ-
dicationes etiam Sacramentales retulit?

Philippus, ait Asinus, sententiam suam de tribus illis
prædicationum generibus, posterioribus scriptis re-
uocauit. Respondeo: Si id verum est, quare paulò an-
tē Philippi sententiam sic mitigare ille conatus est, quasi
hæc non fuisset eius mens & sententia: Videatur pag. 77.
Falconis &c. Denide, et si etiam post D. Lutheri obitum,
cū Philippus iam errorem Sacramentarium, non tan-
topèr dissimularet, libellus ipsius Dialecticus excusus
non semel esset: tamen nihil in eo mutatum est, quod
ad triplex illud Genus prædicationum attinet. Ergo ne
Philippus sciens & volens tantum errorem scilicet instil-
lare animis teneræ iuuentutis voluit? Præterea, Victo-
rinus qui Sacramentarius fuit, etiam post obitum Phi-
lli Dialecticam eius Inuentuti Lipsensi tradidit & po-
stea edidit: vbi triplex illud Prædicationis genus reti-
nuit & illustrauit. Num verò Victorinus Dialecticam
& contra Authoris sententiam, & propriam suam con-
scientiam interpretatus est? Et vt uno verbo dicam:
non propter Philippum istam prædicationum distinc-
tionem retinemus, sed quia res ipsa sic postulat, cū ex
prædicationes, quas nos ad inusitatas referimus, omni-
bus Philosophis ignotæ fuerint.

XXIX.

Sæpiissimè per ruditatem sumit id, quod in controuer-
sia est: petitionem Principij vocant Dialectici. Exempli
C. 2 gratia,

XXX.

gratia, pag. 35. probaturus arrogantiam in nobis causam esse metus Synodorum, ait: Certo certius est, eandem esse causam contemptus & metus Synodorum in Vbiquirijs, quæ fuit in Nestorio. Ratio est, inquit: Quia Vbiquistarij ijsdem plane sunt moribus, quibus fuit Nestorius, & eadem plane est doctrina. Respondeo: Cum verò nos rationem Maioris non minus negemus, quam ipsam Maiorem: quare ille sumit potius, quam probat id, quod nos nunquam admittere, non ignorat? Sic pag. 49. probatus, Patres non vlos ijsdem aut similibus phrasibus, quas Palinodia Berengarij habeat, sic argumentatur: Patres, aut consubstantiationem approbarunt aut oppugnau- runt. Si approbarunt: tunc cum Palinodia illa locutis sunt. Si verò oppugnarunt, ut certè oppugnarunt: quare dicis, illos cum Palinodiâ locutos esse? Hie videtis, necrum argumentiesce, an Patres oppugnarint, veram præsentiam corporis Christi cum pane, in S. Cœnâ, quam ille per columnam, consubstantiationem vocat. Id cum probare non possit: sumit, tanquam, pro confessio, cum in eo omnis cardo controversia consistat. Similiter pag. 89. gra- uissimè, inquit de me, peccas in Deum ipsum, quod ex nostrâ sententiâ, quæ verbo Dei fulcitur, falsum conclu- dere tentas. Respondeo: Hoc ipsum queritur, an restra- sententia fulta sit verbo Dei? Quod ille sumit, sed nondum probavit. Quomodo enim ex verbo Dei falsum sequi pos- fit, cum sit ipsa veritas, ex vero autem nihil nisi verum sequeatur? In hanc sententiam alia plurima transeo.

xxxii.

Veruditatem suam magis patefaciat: quæ per Ironiam à me dicta sunt, ille tanquam hypothesin certam ar- ripit, & nescio quæ absurdâ necit: fallaciam Accentus vo- cant Dialectici. Ut cùm dico: Delapsi de tertio celo, scili- et Sacramentario (nam de Sacramentarijs, & in specie, de Nic. Henningio, dixeram) ille colligit: cœlum itaq; cer- tum locum esse, me fateri, contra doctrinam Brentij. Sed hæc rudimenta sunt, Asini non indigna.

ASACRAMENTIS argumentatur ad verbum scriptum, tanquam à paribus aut similibus. Sic enim inquit: Si Sacra menta ideo nuda Symbola sunt, quia in eis nihil amplius, quam in simplici verbo præbetur: quid restat, quam vt dicas, etiam ipsum verbum Dei vacuum & inane quiddam, hoc est, falsum & mendax esse? Respondeo: Regula de Similibus est: De similibus & paribus idem est iudicium, quando ratio est similis: sed hic ratio est dissimilima. Verbum enim, Christum cum beneficijs offert auribus & fidei. Eucharistia autem offert cum externis signis, pane & vino, corpus & sanguinem Christi (sicut verba Institutionis perspicue docent) ori, vt edantur & bibantur: Accipite, Edite, Bibite &c. Cùm itaq; tanta sit dissimilitudo: asinaliter ille colligit à Sacramentis ad ipsum verbum.

XXXII.

NVNQUAM penè mea argumenta, debitâ forma, assūmere potest, tanta eius est inscitia. Exempli gratia: Dixeram: Quicunq; literis & manu sua, de cōsensu in doctrina testatur, & in eius rei fidem, etiam locum Professoris in illa scholâ exoptat: is non potest dici alienus esse ab ea doctrina. Grynæus, de suo consensu, literis & manu sua, ad Præceptores suos testatus est, & locum Professoris, in ea Academiâ optauit. Ergo. Id ille sic assumit: Qui cunq; literis testatur, se ex ijs controversijs velut tricis, non posse se extricare, quæ inter se & Iac. And. agitantur: cum necesse est idem sentire, cum Iac. And. At Grynæus literis testatus est, se cx illis tricis non se posse extricare. Ergo. Aliud Exemplum. Quicunq;, eodem tempore, de suo consensu, sua manu ad Præceptores, testatur, & simul contrariam doctrinam se amplecti, ad alios non disimulat: is calidum & frigidum simul ex uno & eodem ore efflat. Grynæus, et si sua manu ad Præceptores Tübingenses de consensu restaretur: tamen affirmat, se etiam tūm temporis ad alios doctrinam Calvinisticam, professum. Ergo. Id ille sic assumit: Grynæus eo tempore, quo Tu-

XXXIII.

bingâ discēsit, & Rôtelam venit, idem sensit cum Iac. And. ac idem fatetur, se aliquantò pôst piam (Sacramentariam) doctrinam amplexum, & professum. Ergo, simul calidu& frigidum ex eodem ore esflat. Aliud Exemplum. Scripsoram: Quicunq; Christianum se dicit & Christo contradicit: is falsô de hoc nomine gloriatur. Grynêus Christianum se dicit, & Christo contradicit. Ergo. Minorem probauit, quia negat veram præsentiam Corporis & Sanguinis Christi in Cœna, dum Metonymiam fingit in verbis Cœnæ, qua tantum nomen rei signatae signo tribuitur. Et doctrinam de vera & reali seu substantiali præsentia, Capernitamicam vocat & fermentum pestilens &c. Id ille sic assūmit: Grynêus dogmata Iacobandrica improbat, eaq; suis coloribus depingit. Ergo non est Christianus. Aliud Exemplum. Argumentum meum fuerat: Quicunq; argumenta Aduersarij de industriâ vitiosâ forma assūmit, vt eadinceps eludat, ne respondere cogatur: in eo meritò desideratur fides. Hoc facit Grynêus. Ergo. Id ille sic assūmit: Grynêus pertrahit sophismata ad suas certas fallacias, sicut fugitiua mancipia ad suos heros. Ergo. Sic plæraq; omnia assūmit, ita vt scias semel, quoties Asinus argumentum aliquod in forma proponit, toties id ab eo siue per inscitiam, siue per malitiam in fraudem meam faciat.

XXXIII. **Q**uomodo debitum centum florenorum cum Sacra-
mento conferam, miratur Asinus, & ridet, cùm toto
genere differant. Respondeo. Non Sacramentum, sed
promissionem, quæ facta est in Sacramento, & iam cadit
in debitum, vt vulgo loquuntur, cum illo debito contuli.
Quod verò ait: Ea quæ toto genere differant, nullo modo
comparari posse: agnoscō ruditatem Asini, qui quod di-
cit, neq; didicit neq; intelligit. Si enim simpliciter, gene-
re differentia, non posse comparari contendit, quâm ab-
surdum est? Etenim Asinus & truncus genere differunt:
nisi putet Asinus truncum quoq; esse animal. Quis verò
neget

neget illa duo inter se conferri posse, nisi qui Afinus & truncus fuerit? Si vero de ijs loquatur, quæ propriè toto genere differe dicuntur: Afininæ aures prominent. Cum enim eorum quæ toto genere differre dicuntur, non sit una ratio (nam alia genere Dialectico, alia physico differunt) quare non distinctè loquitur? Certè mortale & immortale, si dicam toto genere differre rectè dixero. Rursus si non differre toto genere dicam, num vero errauerit? Quod itaq; ista, ex ruditate confundit ille, Afinum esse esse ostendit. Et ut paucis me absoluam: si tamen peritus esses literarum sacrarum, quam rudit es, simul & audax, reprehendisses, quoties Prophetæ, Christus, Apostoli, res quæ generibus discrepant, inter se conferant, quos tu sarcasmo Sacramentario [ò ingeniosam & Vulcaniam similitudinem] explodis? Sed ut tibi aliquid pro ingenio tuo figmento reponam: si scire velis, quorum sint ingeni- osores similitudines, cogita de tuis Sacramentarijs, quo- rum aliqui doctrinam de Persona Christi, & S. Cœna, excrementis Sathanæ, duobus pilis caudæ equinæ, diuinam Naturam Christi, suis posterioribus, ora Christianorum in actione Cœnæ, posterioribus suorum scortorum, compararunt. Ista vero Afelle, specie, an genere diffe- rent aut conueniant, expende.

Videamus etiam, quanta eius in Rhetorica sit eruditio. Figura Rhetorica non inusitata est, quam Præteriti- onem vocant: qua illud ipsum, quod se præterire velle simulant, dicunt: idem ob causam, ne si apertè hoc dice- revelle intelligentur, ad probationes adigantur. Afinus vester dum non intelligit figuram, præterit, quod dicen- dum erat, & quod probasse videri vult, ita dissimulat, ut probationem subterfugere velle facile appareat. Proba- turus enim Minorem sui argumenti, qua dixerat, D. Iaco- bum legitimam Synodus omnibus artibus impedire, ta- li demonstratione per præteritionem vtitur: De Synodo verò,

verò, inquit, quid attinet multa dicere, quam studiosè, quam astutè, quantis conatibus, & calumnijs eam hactenus impediuit? Hæc est probatio Minoris eius. Ecce quam eruditio colore Rhetorico, scilicet, & inuersa p[er]teritione, onus probandi declinet & subterfugiat?

XXXVI.

CVm continens pro contento, & vicissim, sumatur Metonymiam esse, Afinus scribit: Et si autem non ignorem, magnam esse inter Metonymiam & Synecdochen cognationem: tamen cum res quælibet ad propriam suam sedem & classem referenda sit: nisi Afinus esset, ad Synecdochen meritò retulisset, eam scilicet de qua in sequentibus plura dicam.

XXXVII.

Ltherus (ait Afinus) constanter docuit, prædictiones Sacramentales esse figuratas & tropicas, dum Synecdochen in verbis Cœnæ admisit. Ideo D. Iacobo non bene cum Lutherò conuenit, qui illas inusitatatas, non figuratas esse scribit. Respondeo: Nescit Afinus quid sit tropus: qui scilicet mutat significationem vocis in alienam & peregrinam. Verum eiusmodi Synecdochen & tropum Lutherus nunquam probauit, sed Grammaticam, que retinet usitatam significationem vocis. Sic ipse Lutherus, quod ruditas Afini ignorat, scribit: Eiusmodi rationem loquendi, qua de rebus diuersis, tanquam de vnâ, verba fiunt, vocant Grammatici Synecdochen: (Grammatici inquit Lutherus) & valde, inquit, usitata est, non in Scriptura tantum, sed in omnibus etiam linguis. Non igitur tropū admisit Lutherus, sed usitatam & communissimam loquendi formam in omnibus linguis retinuit, quam Grammatici Synecdochen vocant.

XXXVIII.

Eadem etiam in Mathematis & Physicis Afini illius est Eruditas. Dixeram enim, Paulo in terris commoranti, visum Christum: cum vero oculi nostri usq[ue] ad summum & ultimum cœlum penetrare non possint: sequi, Christum

tum Paulo suisse adeò propinquum, vt oculis suis illum
in carne coram intueri potuerit, & sic, & in cælo, & alibi,
atq; in duobus diuersis locis simul. Asinus negat conse-
quentiam. Ergo dices, inquit, Solem & reliqua sidera, quæ ..
nobis quotidie apparent, quoq; in his terris præsentia es- ..
se? Eruditum sane & Asino dignū responsum. Dicat enim
ille, quæ sit proportio staturæ humanae ad uniuersam terrā?
Atqui Ptolemaeus & Mathematici docent, solem centies
sexages sexies terra maiorem esse, quæ erit igitur propor-
tio Corporis Christi ad Corpus Solis? Sic stellæ sextæ &
minimæ magnitudinis, dicuntur decies octies maiores
globo terreno: & tamen propter remotionem longio-
rem, illæ, vt caput humanum, aut Argolici clypei instar,
hæ verò, tantum vt puncta Cœli apparent. Quæ igitur esset
comparatio Corporis Christi ad illa maxima sidera, ta-
ceo iam quod Corpus Christi tanto remotius à nobis est,
quanto supremum cœlum longius à nobis abest, quam
orbis Solis, & aliorum Planetarum. Ecce rudentes & re-
mos Asininos Sacramentarios.

x x x i x.

Endem Christum, pro ratione diuersorum obiecto-
rum, diuersimodè operari posse, hoc est, in pijs salu-
tem, in impijs iudicium, dixeram, cum etiam in naturali-
bus agentibus id eueniat, vt unus & idem Sol induret lu-
tum, & ceram liquefaciat. Respondet Asinus: Simile me-
um petere principium: cum constet ceram & lutum eo-
dem modo comparata esse ad percipiendum calorem So-
lis: fideles verò & infideles sibi inuicem ratione priuatio-
nis opponantur. Respondeo: Etsi non satis intelligam,
quomodo ex his petitionem principij probare velit aut
possit: tamen vt quantus Philosophus sit, videatis, cogi-
tate quid illud sit, quod scribit: Ceram & lutum eodem
modo ad calorem Solis percipiendum comparata. Didic-
cisset Asinus saltem ex suis Philosophis, Victorino inpri- ..
mis, qui alibi sic scribit: Lutum habet humiditatem aque- ..

„ am, cera aēream. Est autem magna dissimilitudo aqua
 „ & aēris, ideo non mirandum, ceram liquefieri, cùm sit
 „ corpus aēreum, & lutum indurari radijs solis, humore
 absunto. Quoniam igitur eodem modo ad calorem so-
 lis comparata sunt?

XL.

IN studio Iuris etiam quantum profecerit Afinus vester, cognoscite. Petij ab illo, ut quod dixerat de D. Beurlino, p. m. vnico verbulo aut syllaba vnica ex eius opusculis doceret. Id cùm calumniator non posset, hoc tantum respondeat: Nos contrā, ait, iure nostro à te postulamus, ut nobis locum vel apicem è scriptis Beurlini proferas, quo Vbiuitatem ille probārit. Respondeo. Et quodnam est illud ius vestrum, profectò iniquissimum, ut quod non Actori, sed Reo probationes defert? Beza certè qui magham atatis partem in Iuris studio transegit, ut etiam causas egisse dicatur, prius quam sese tumultuariè Theologiae ingessisset, aduersus D. Brentium p. m. scripsit: Afirmanti non neganti probandi onus incumbit. Afinus igitur loquitur de rebus, quas non intelligit: & suorum etiam censura & iudicio condemnatur. Deinde ostenderam etiam ego, D. Beurlinum, Confessionem nostrarum Ecclesiarum de Persona Christi & Cœna Domini sua manu subsignasse: quæ ante annos penè triginta fit facta Iuris publici, de qua vestri scriperunt, esse Hechingense Latinum. Ergo etiam Iure vestro feci, quod volebat. Quare igitur Afinus non respondet? Anne & illud Iure vestro licet, diffamare mortuos, & coram nullo iudice superstitionibus velle respondere?

XLI.

Sed videamus positius quantus & qualis Theologus sit. Passim nobis cōsubstantiationem tribuit Afinus. Cùm enim dicamus, panes & Corpus Christi esse vnu quiddā in Sacramento: ille cōcludit, ergo substantialiter sunt vnu. Ita etiam ego dicam **λόγος** & caro sunt vnum quiddam in Christo. Ergo substantialiter vnum? A sine Personæ S. Trinitatis sunt vnum substantialiter: verbum & caro in Chri-

sto,

No, sunt vnum personaliter: Panis & Corpus Christi in S. Cœna sunt vnum Sacramentaliter: quemadmodum Bem-
lerus & ruditas eius, sunt vnum Afinaliter.

Capernaitas nos vocat centies penè, & posteros Ca-
pernitarum, nepotes illorum, & sobolem, atq; simi-
lia. Sed hescit Asinus, quæ Capernaitarum opinio, & quis
error fuerit. De ijs enim Augustinus inquit: Durus est hic “ *Tract. 27. In*
fermo, aiunt Capernaite, quasi hoc disponeret Iesus, car- “ *Ioannem.*
nem, quam indutum erat verbum, velut in frusta concisa “
distribuere credentibus. Et alibi: Carnem intellexerunt “ *Lib. 4. in Ioan.*
Capernaitæ, quomodo in cadauere laniatur, aut in macel- “ *cap. 22.*
lo venditur. Et Cyrus: Ad immanes ferarum mores vo- “
cari se à Christo arbitrabantur, incitariq; vt velleat cru- “
das hominis carnes manducare, & sanguinem bibere: que “
vel auditu horribilia sunt. Ostendat autem Asinus, quen-
quam nostrum tale quid scripsisse: aut certè ruditas eius
Asinina luce meridiana clarior omnibus erit.

DEsine, inquit ad me, manductionem Sacramētalem
signo & re signata definire. Respondeo: Desine impe-
ritus Asinus esse, & da operam, vt amplius in Theologia
proficias. Si enim non his duobus: ergo alterutro, aut for-
tè nullo horum, Sacrementum & Sacramentalis man-
datio definietur. Irenæus lib. 4. cap. 34. ait: Eucharistiam
duabus rebus constare, terrena & cœlesti: id est, signo & re
signata. Augustinus ait, hoc Sacrementum duabus con-
fici, duabus constare, visibili elementorum specie, & inui-
sibili Iesu Christi carne & sanguine. Sed Asinus ait: desinat
illi duabus rebus Sacrementum definire, cum Asinus Sa-
cramentarijs altera sufficiat.

Scribit etiā, pane obsignari corp⁹ Christi in cœna. Quis
autē ex vetustate inquā sic scripsit, aut locutus est? Cor-
pus Christi obsignatur per panem? sed potius per Sacra-
mentū Corporis & Sanguinis Christi in Cœna, obsignan-
tur nobis pmissiones de gratia Dei erga nos, & peccatorū
remissione gratuita. Sed Asinus signū obsignat rem signatā:

XLII.

XLIII.

XLIV.

vt iam dicendum sit: Hoc est Corpus meum, id est, hic panis obsignat Corpus meum.

XLV.

Scipserat Zuuinglius: Panem Cœnæ præter panem nō
esse quicquam amplius. An verò, rudit nunc Asinus, tu
signum pro re signata habendum putas? aut dic, an vlo
modo signum & res terrena, aliud nisi res terrena &
ignum esse possit? Respondeo: Dic tu, an Asinus aliud, nisi
Asinus esse possit? Christus dicit panem hunc esse Cor
pus suum: hoc est amplius, hic panis scilicet Sacramen
liter est Corpus Christi. Augustinus inquit: Accedat ver
bum ad elementum, & fit Sacrementum, hoc iam erit am
plius hic panis. Sed Asini Theologici rudent: etiam si ver
bum accedat ad elementum, tamen elementum nihil esse
aliud, nisi nudum elementum, cur igitur nuda signa vos
in S. Cœna docere negatis?

XLVI.

Dixerant Sacramentarij, ludere nos, quando scribi
mus: Corpus Christi realiter adest in Cœna, & adest
in Mysterio. Respondi: Similiter & ludum dicendum, si
quis dicat, Christum reuera assumisse hominem: & quod
verbum caro factum sit, esse mysterium: Respondet ergo
Asinus: Scite profecto & festiuè ludum ludo accumulas.
Scilicet nihil interest inter usum vocabuli Mysterij, quan
do de Sacramentis, & quando de Incarnatione Filii Dei
dicitur? Nihil autem intererit, si probaueris Christi Cor
pus eodem modo copulari cum pane, quo in una Christi
Persona, duæ Naturæ vniuntur. Videte eruditam respon
sionem Asini vestri: Non est eadem ratio unionis signi
& signati in Cœna, & Naturarū in Christo: Ergo hac vno
non est, nec debet dici Mysterium. Sic tres Personæ Tri
nitatis, non vniuntur eodem modo, quo duæ Naturæ in
Christo, aut panis & Corpus Christi in Cœna: Ergo null
& Ecclesia erunt magnum Mysterium, siue Sacramentum,
cūm

cum hoc nomine cum nullo horum modorum compara-
ri possit?

Nondum eò usq; profecit Asinus, vt doctrinam no-
strarum Ecclesiarum, quam tamen oppugnat, intel-
ligat. Nunc enim nobis tribuit, quòd doceamus, pro-
prietates Diuinitatis inessè humanæ Naturæ: nunc, quòd
præsentiam Corporis Christi in Cœna localem creda-
mus. Et centies repetit: nos scribere, Corpus Christi esse
in pane, sicut pecunia sit in lóculo, vinum in cantharo,
auena in sacco, infans in cunis, & similia infantilia. Nunc
ait, nos docere, humanam Naturam Christi, in se, ex se,
propter se adorari. Nunc ait, nos non negare panem &
vinum esse memorialia Corporis & Sanguinis Christi. Et
huius generis propè infinita: vt vix vlla sit pagina, qua ru-
ditatem & imperitiam suam non prodat. Ostendat au-
tem, si Asinus esse nolit, nostros tale quid scripsisse: quod
quoni nunquam possit, quis non videt, illum controuer-
siam nostram nondum intelligere, sed Asinum, quod di-
cisolet, in vnguento esse.

XLVII.

Con uitiorum Grynæi tantum cumulum congessi ex
Apologia, quantum vix vna nauis vehat. Ad illa re-
spondet Asinus: esse seueriora dicta. Respondeo: Si con-
uitia & seueriora dicta vnum & idem sunt: quare cōuitia-
ri prohibet Scriptura, seueriter autem reprehendere vi-
tia, non prohibet? Extant certè Prophetarum, Christi,
Apostolorum, Stephani martyris, & aliorum multa seue-
riter dicta: sed plurimùm illa absunt à conuitijs. Quod
vel ideo monere Asinum volui, vt intelligat, quanto iudi-
cio exempla Davidis, Samuelis, & aliorum citauerit. Nam
vt ex 14. antithesibus, nunc vnam tantum repetam: pag.
31. Apolog. sic scriperat Grynæus: Vbi quietas vnum & «
eundem hominem concionatorem Ecclesiasticum, Con- «
siliarium aulicum, Bebenhusianū Monachum, Professo-
rem, Venatorem, volaterranum, Metiochum deniq; fa-
cit,

XLVIII.

cit. Dicite autem vos per conscientiam, quid ista ad rem faciunt? Aut quid docent? Vel quid edificant? Aut quem emendant? Nam ut de D. Iacobo Andreæ, optimo & humanissimo viro, utilissimis eius laboribus, & summis in Rempublicam Christianam meritis, propter quæ tamen ab hoc ingrato homine conuitijs proscinditur, nunc nihil dicam: ostendatur eiusmodi leuitas in Danide, Samuele, aut Eliâ, possem id generis sexcenta adferre, sicut in scripto meo ad Grynæum videre est. Iam tantum dicit esse seueriora dicta. Imò audite aliud, me, cùm ista dicam esse conuitia, ait peccare ignoratione Elenchi. Nam ista acria & mordentia remedia non pugnare cum charitate, sed ex animo candido, & gemina Charitate ardente profici, & conuitiorum illorum finem esse conuersiōnem hominis & salutem. Respondeo: Certè libenter fateor, me Elenchum istum ignorare: & nunc demum intelligo, quare in conuitiando adeò frequentes sint Sacramentarij, scilicet ne putentut mali Dialetici, & qui ignorant Elenchum: Imò & candorem suum hoc modo nobis probent, & animum gemina Charitate ardentem. Et quare malè audiunt in Scriptura conuitia, cùm sint remedia salutaria, et si acria & mordentia, tamen conuersiōnem & salutem hominis operantia?

XLIX.

IUbet me ex Scriptura ostendere, ignem Babylonicas simul vſſisse, combuſſisse, & non vſſisse, non combuſſisse. Hic Rhodus, hic saltus (inquit) Andreæ. Et addit: Si dixeris illa duo contraria realiter simul vſſisse, helleboro tibi opus esse iudicabunt omnes sani. Respondeo: At tibi non tam helleboro, quam maiori diligentia in legendis Sacris Biblijs opus esse iudicabunt omnes sani, qui isthæctua legerint. Nam Spiritus Sanctus vtrumq; simul realiter factum docet, Dan. 3. Dum ostendit ignem illum non solum ligna & reliquam materiam, sed etiam vincula quibus illi colligati erant combuſſisse, & eundem simul nihil

nihil potestatis in corporibus eorum habuisse, sic quidem, ut ne capillus capitis eorum adustus, nec odor ignis per eos transferit. Quia de re saltem Bullingerum impetratus vester Asinus consuluisset, qui ait: Vincula illa dis-^{ee}
soluerat vis ignis, qua interim nullam in Corpora eorum
viam habuit. Et rursus: Ignis Dei Martyres planè non adu-^{ee}
rit, & IDEM ignis persecutores Martyrum prorsus
comburit. Nam propter electos, Deus creaturis mutat na-
turam, &c. Et quidem Danaeus, illud eodem M O M E N-
TO factum esse ait, sic ut prorsus tollatur omne ambigu-
um. Ecce Rhodum tibi, Asine, ecce saltum. Tu verò ne sal-
ta per tria, sed singula diligentius posthac Bibliorum in-
spice folia.

L.
Drum naturas rerum si velit mutare, quod ille nega-
rat, exemplo ignis Babylonici & ferri natantis ostendit: ille cùm ad rem respondere non possit, inuertit statū.
Si, inquit, ad rem respondere, si contradictionem tollere
solebas: dicendum tibi erat, utrum ferrum simul natārit,
& non natārit: ignis eodem momento uiserit & non uise-
rit, combusserit & non combusserit. Si enim simul illa
fuisse negaueris: quid faciunt ad tuum figmentum (in-
quit) quo Corpus Christi visible simul & inuisibile &c.
fingis? Huic non est dissimile quod pag. 85. scribit. Cùm
enim dixissem, non sequi: illud hoc modo non est, ergo
nullo modo. Quemadmodum non sequitur: Prætor in
rubris caligis non est in balneo: Ergo prorsus in balneo nō
est. Habere enim Deū alios etiam modos & rationes. Re-
spondet Asinus, mutando statum: potestne illa ratione
fieri, ut prætor uno & eodem tempore, sit reipsa indutus
caligis, & non indutus: si affirmas, inquit, pueris fabula
fies: si negas, qua fronte affirmabis Corpus Christi uno &
eodem tempore re ipsa visible & inuisibile &c. esse? Sic Af-
nis. Respondeo. Primò de igni iam dixi. Deinde ist-
hac non in hunc finem à me prolata sunt: cur igitur per
inscitiam aut malitiam statum inuertis Asine? Et tamen

vt ostendam vobis Asininas illius aures: Age, Scriptura inquit Christum, non Angelos, sed semen Abrahæ assūmisſe: sic nos respondemus, Christum non ignem, non ferrum, non Asinos assūmisſe, sed verā carnem, quæ ex vincione illa, per communicationē proprietatum diuinorum, et si non subiectiuē, verè tamen & realiter id consecuta est, quod neq; ignis neq; ferrum aut consecuta sunt, aut consequentur vñquam. Hæc ratio diuersitatis est Asine.

L.I. **Q**uod Scriptura ait: Dominū astitisse Paulo: id Gualterus ad Angelum retulerat. Illud vt defenderebat Asinus, ait: sæpius in Scriptura ipsum Jehouam Angelum dici. Respondeo: Id non ignorabam. Sed si tantus est Theologus: in Nouo Testamento, & in Actis, & in hoc loco, Christum angelum dici, illud ostendat. Christus Angelus dicitur in veteri Testamento: quia erat promissus Messias, cuius aduentus exspectabatur. Iam autem exhibito Christo, eum Angelum etiamnum dici: id si possit, doceat ex Scriptura.

L.II. **V**T interpretationem Gualteri confirmaret: post multas nugas tandem Scripturæ autoritatem profundimus Theologus profert. Et quid opus est multis, inquit: Paulus hanc ipsam interpretationem (Act. 23.) suo calculo hanc obscurè confirmat, dum capite 27. quomodo sibi Dominus (Act. 23. nam de hoc loco disceptamus) appaeruerit, his verbis exponit: Astitit mihi hac nocte Angelus Dei, cuius sum ego, quem etiam colo. Tu verò Andrea viciſſim tuæ Eutychianæ explicationis, Paulum, si potes, testem profer & autorem ad hunc modum. Sic ille. Ecce autem lector humanissime, quantum referat (vt ille dicebat) benè lectum esse in Bibliis, vt Scripturam per Scripturam interpreteris & confirmes. Et quis dubitat de Asini nostri explicatione? Vtrobiqu; enim fit mentio noctis, utrobiqu; vtitur Scriptura verbo assistendi. Et cùm priori loco

loco dicat Scriptura, nocte sequenti: in posteriori verò, in nocte hac: an non iam extra controuersiam est, illam esse hanc ipsam alterius diei subsequentem noctem, & sic de vna & eadem apparitione vtrumq; locum accipiendum? Videsne, lector candide, acumen ingenij Asinini? Atqui hinc apparet, quid Asinis eueniat Scripturam citantibus. Quòd enim Dominus Paulo astitisse legitur Acto. 23. id in calbris Lysianis accidit. Sequenti die facta est coniunctio 40. virorum, qui Paulum interficere decreuerant, si ad judicium produceretur. Insidijs per Pauli sororis filium detectis, curat Lysias, Paulum Cæsaréam ad Præsidem deduci: & quidem illa nocte Antipatridem adhucmittitur, posteà Cæsaréam, sed nihil horum accidit, quod de Angelo, 27. Acto. scribitur. Felix cùm audisset Paulum, custodiri eum iubet, donec accusatores Hierosolyma veniant: quod post quinq; demum dies factum est; ybi audita accusatione & responsione Pauli, Felix differt sententiam vsq; ad aduentum Lysiae. Post aliquot dies cum uxore Drusilla rursus audit Paulum, & id ipsum postea alie quoties, quod speraret, se pecuniam ab eo accepturum, donec post biennium demum successorem acciperet Festum. Hic post triduum Ierosolymam ascendit: rogatus à Iudeis, negat se Paulum eò adducturum: sed iubet, ut mittant aliquos ad cognitionem causæ Cæsaréam: & cùm dies decem circiter ibi commoratus esset, venit Cæsaréam. Postridie ad tribunal citatur Paulus, & post aliquot dies rursus cum Agrippa rege & eius coniuge colloquitur. Verum quod Cæsaréam appellasset: naui imponitur, ut Cæsari sifstatur. Quantum autem temporis elapsum interterea sit, vsq; ad apparitionem illâ Angeli, historia Actorum non meminit. Refert tamen Paulus, sustinuisse ipsos inediā 14. dierum. Isthaec verò omnia, quæ triennium, circiter, postulant, dum ad vnum diem Asinus vester refert: an non annum magnum Platonis computare videtur? Ecce ruditatem & prosectorum Asini in Scripturæ lectione.

ctione. Quod si huic malo remedium adferre volueritis, illud fuerit, ut dicat, se non de eadem, sed diuersis atque distinctis visionibus accipere. Sed respondebo: magnum esse Asinum. Tale enim erit argumentum: Act. 23. dicitur Dominus altitile Paulo. Atqui Actor. 27. Angelus dicitur altitile. Ergo Dominus ille est Angelus. Respondeo: Ex puris particularibus nihil sequitur, nisi quod argumentum extrectum sit ab Asino.

lIII.

SI (inquit Asinus) differunt haec propositiones: panis est Corpus Christi: & panis significat Corpus Christi: necesse est, ut haec quoque differant: circumcisio est foedus: circumcisio est signum foederis. Agnus est transitus: agnus est signum seu memoriale transitus. Ratio est: vtrique sunt locutiones Sacramentales, idcirco eodem modo intelligenda. Respondeo: Nego consequentiam: nam ratio consequentia est falsa, quod utroque sunt locutiones Sacramentales. Asinina igitur argumentatio est, quae sumit pro confesso, quod non ignorat iure negari posse, & hanc nus ab aduersa parte negatum esse. Deinde, et si maxime essent locutiones Sacramentales: tamen ingens est inter has locutiones discrimen: Circumcisio est foedus: Circumcisio est signum foederis: sicut & in altera. Circumcisio enim, si de ipsa ceremonia accipias: non est foedus, nisi accedat verbum & missio. Neque Scriptura dicit, Circumcisio nem, hoc est, nudam illam ceremoniam, pactum aut foedus esse, sed signum foederis. Si autem accedat verbum ad externam ceremoniam, & missio facta Abraham: tum vere est foedus & pactum, inter Deum & posteritatem habet. Sic Agnus, non est transitus, neque Scriptura sic loquitur: sed victimam transitus Domini appellat. Ideoque quod Asinus vester sumit tanquam concessum: non solum non largimur, sed ex Scriptura nunquam probari posse dicimus.

lIII.

PAg. 4. Complementi, ut ostendat non ludere eum qui tropis & Metonymia vtatur: adducit exemplum Circumcisionis

Circumcisionis, quæ fœdus: & Agni paschalis, qui transitus Domini: & Arcæ propitiatorij, quæ Iehoua appelleatur. Respondeo: De Circumcisione & Agno paschali iam dixi. De Arca autem constat, non fuisse signum rei signata absentis, sicut panis Cœnæ Domini, absentis Christi Corporis signum à vobis fingitur: sed alligarat ad hanc Arcam Dominus suam præsentiam verbo suo & promissione. Cum igitur ingens discriminis sit, perperam ab Asino huc refertur: quæ ideo Arca testimonij dicta est, quod Deus ibi præfens testetur de sua voluntate, expresso verbo. De quo Beza tuus te admonere potuisset, qui scribit: Deum Propitiatorio fuisse præsentissimum.

LX.
Prodigijsam vestram (rudit de nobis Asinus) vniuersalem sacramentalem non ignoramus, qua fingitis, Corpus Christi substantialiter in pane esse. Quæ si vera est vniuersis explicatio: concedatis oportet, Corpus Christi cum omnibus arborum folijs, omnibus cantharis cervicarijs, cum omnibus deniq; Creaturis sacramentaliter vniiri, quia in ijs non minus à vobis constituitur, quam in pane Cœnæ. Respondeo: Concedatis oportet, Viri sacramentarij, Asinum vestrum non intelligere discriminem inter præsentiam Personalem, & sacramentalem. Vnde Asinaliter sic argumentatur: In Coena Domini præfens est Corpus Christi sacramentaliter. Atqui in alijs etiam locis præfens est. Ergo sacramentaliter. Respondeo: In prima figura cum Maior non est vniuersalis, non procedit argumentum. Et Lutherus responsionem, eiusmodi Dialectico dignam, scriptam reliquit: Audi ergo (inquit) tu porce, canis, fanaticæ, aut quisquis fueris, insulse Asine, (ecce Lutherum verum yatem) etiam si Corpus Christi sit in omnibus locis, non tamen tu statim illum decuorabis &c. Quid ita? Quia aliud est Deum esse præsentem: aliud tibi esse præsentem. Quod itaq; ratione. Personalis vniuersis alijs locis etiam præfens est: hoc minus

est, quām in Cœna, quòd in hac Sacramentaliter, & mihi
præsens est.

Hactenus de probatione Minoris: ex qua perspicuum
esse puto, tantam esse vestri Afini ruditatem & insci-
tiam, vt ab Afino lana potius, quām ab illo solidum & eru-
ditum responsum exspectari possit. Quod si forte meum
vobis non improbatur consiliū, libenter communicabo.
Retrahatur Afinus ad triniales, vt discat prius, quām alios
docere conetur. Quòd si dixeritis: quis Afinū Lyram, quis
Afinū sub freno currere doceat? Respondeo: Memini me
legere, Afinum auditorem fuisse Ammonij, præstantissi-
mi Philosophi, & quidem Porphyrij illius, in primis au-
tem Origenis condiscipulum: nolite ergo de Afino vestro
omnem prorsus spem abijcere. Si verò isthac ratio vobis
non placeat: saltem eum porrò nobis adeo rudem & im-
peritum non obtrudatis, alioqui aliud responsum à me
non accepturi, quām illud Ciceronis in Pisonem: Quid
nunc, Afine, ego te literas doceam? non verbis hic opus
est, sed fustibus.

Secundum argumentum.

Qui ignavior est quoquis Afino: non immerito Afinus
dicitur. Talis est vester ille. Ergo. &c.

Probatio Minoris.

1. **C**um nemo esset, qui Afinum commendatione aliqua
dignum existimaret: ipsem et prodit suas decantatu-
rus laudes, & præfatione sua se ipsum prædicans, ait: Deus
Grynæo hoc bonum concessit, vt Discipulos habeat, qui
sine negotio Coccysmos Vbiquitiorum cohercent, re-
futent atq; connincant. Quomodo autem illud (sine ne-
gotio) verum sit, accipite. Circa finem Ianuarij Anno 85.
iam prodierat Cuculus Caluinisticus, cùm ille vix ad ini-
tium Septembris mutilum & crudū Falconem emitteret.
Misericor-

Misericordia motus, ex abundanti sex integros menses adhuc ei largitus sum, ut nudum Falconem qualitercunq; vestitum absolveret: ille alijs insuper sex mensibus sibi summis, tandem vix post sesquiannū & amplius, istum infelicem partum edidit, quem reuera Asinum auem dixeris. Ecce Asinum citum & expeditum? Mirum, nisi à suo principe citis equis atq; quadrigis iungatur.

Scriptum D. Iacobi Andreæ, ait, adeò esse immoderatum, adeò conuicijs refertum, vt verè affirmare posset, post homines natos nullum tale editum. Respondeo: Sed quare adeò ignauus est Asinus, vt ista non saltem ex parte comminemoret, atq; gustum aliquem lectori exhibeat, sicut à me factum est de conuicijs Grynæi, nisi quod non potest, sed fingit, sed mentitur conuicia. Scripsérat idem de Confutat: D. Iacobi, Grynæus: Sed petieram vt si posset, monstrar et monstrolas illas, quas dicret, calumnias atq; conuicia: attamen Seriphias ranas vos videmus, qui temere multa affirmant, sed per inertiam nihil eorum, quæ dicunt, probare possunt.

II.

Disputatione publica, Gryneum nos perstrinxisse negat, & inquit: Neminem vestrum ullo contumelioso verbo vel attigit, vel læsit: tua ista commenta sunt, tua somnia & fabulae. Verum ego 6. tantum vel 7. Thesum conuicia in unum acceruum congensi pag. 48. Cuculi, ut ex his, de cæteris etiā iudicare posset lector candidus. Quare adeò deses est Asinus ille, vt non legerit: aut si legit, quare tanta est eius ignauia, vt dissimulare quam respondere malit?

III.

Sophismata vestra, rudit Asinus, omnia iam confutata sunt, noli tam pueriliter exultare. Respondeo: Si tare, si dissimulare, si sicco prorsus pede præterire, est respondere & refutare: fateor vera esse, quæ dicit. Atqui videat lector in responsione mea, à pagina 92. vsq; ad 105.

E 3

vbi

vbi ex plurimis, 57. loca commemorauit, ad quæ ille ne
apicem quidem respondisset. Monui si posset, vel adhuc
refutaret: tanta autem est eius ignauia, vt ne vnum ex om-
nibus, sigillatim, appositis numeris, commemoratis, non
dicam refutârit (id enim non posset) sed vel attigerit vno
verbo. Hoc tamen est respondere: sic omnia, omnia refu-
tata sunt: præter ignauiam summam Caballi Cumani, quæ
adhuc restat.

V. **I**dem planè fit de meo etiam scripto. Si quid enim obie-
ctum sibi à me videt, quod diluere non possit, ne calum-
niā fateri cogatur, tacitus transit, sacro silentio, tan-
quam Pythagoræ discipulus, vsus. Exempli gratia. Cor-
ruperat Grynæus dictum Augustini, & pro his verbis: [Si
qua (fortè) vera (& fidei nostræ accomoda) dixerunt Phi-
losophi, ab eis vindicanda:] Ille sic scriperat: [Si qua vera
dixerunt, ab eis vindicanda.] &c. Respondi ego, crimen
falsi admissum, ipsiq; illud Athanasij euenisce: Eum qui
iram concipiatur, mendacium parere. Multa enim vera di-
xerunt Philosophi in suo genere, quæ fidei nostræ tamen
repugnant. Illa scilicet vindicanda in nostrum usum fue-
rint? Sed ignauior Afino est, qui ne verbum quidem re-
spondet.

VI. **D**ixerat Grynæus: Nos magistratibus ipsorum præscri-
bere, quid cum hæreticis agendum sit. Dixi ego, esse
calumniam: cum magistratibus enim nihil nobis esse ne-
gotii, sed cum ipsis, qui rerum criminalium iudices, ca-
pitalibus supplicijs ceruices hæreticorum subiiciant, atq;
magistratibus, numinis diuini vindictam commimentur,
nisi ignes excitent & gladios stringant: id quod ex eo-
rum scriptis docui. Sed ignauia Afini respondere ipsum
non permittit.

VII. **P**roduxerat contra nos dictum Apostoli: Nunc disper-
titus est Christus? nunc Paulus crucifixus est pro no-
bis?

bis? ostendi ego, quām impertinenter citetur, contra
mentem & sententiam Pauli. Sed ignauus Afinus ne syllabam quidem respondet.

DE Saxonis Ecclesijs quæ scripsérat: rursus negárat,
& sceleratam calumniam esse dixerat Grynæus. Re-
sponsum fuit: Diceret ergo, si posset, quasnam alias Eccle-
sias intellexisset. Tacet: quod quid aliud est, quām con-
sentire & confiteri?

VIII.

QUare locum disputandi D. Patienti p. m. non dede-
rit, causam suis ait, quòd ille à Principe eius rei co-
piam non petierit, aut autor suis fuerit, vt à prolixis suis
sermonibus abstinerent. Responsum fuit: Si Princeps in
canssa fuerit, quare accuset socios: aut si sociorum culpa
factum sit, quare in Principem causam transferat? cur ac-
cuset socios, qui toties intercesserint, obnixè admodum
rogantes, vt ille potius audiretur? Aut cur Principem,
cum disputatio libera fuerit, nec cuiquam omnium Prin-
cipis venia exoranda fuerit, & Princeps tantùm primo &
postremo actui interfuerit. Agnoscit igitur prætextum
vanissimum: ideo tacet.

IX.

SVo suffragio vñtorem se pronunciārat: & sine Senatus
decreto triumphum instituerat. Admonitus ergo fu-
it, ne se commendaret ipse: Afinus tacet.

X.

Endem Philippum nos laudare, & infectari, scripse-
rat: & Momos nos dixerat. Responsum est: esse ca-
lumniam. Neq; enim eundem sed dissimilimum sibi, dis-
simili ratione, probari & improbari. Tacet prorsus: tan-
ta est eius ignavia.

XI.

Scripsérat Grynæus: vnam pagellam Buceri, plus
habere, solidæ, seuerioris, & consertæ doctrinæ, quām
terniones

XII.

terniones in plurimis scriptis Lutheri. Cum autem ego contrarium ostenderim, cum ex summorum nostri seculi Principum & Theologorum, tum ex ipsis Buceri testimo: quare adeo ignauus est Asinus, ut ne tantillum respondeat?

XIII. Dixerat, se de ordine Theologorum & de tota Academia Tubingensi amantissime & honorificentissime sentire, & loqui etiam. Et tum simul scripserat, monituru se iuuentutem suo exemplo, ne posthac quævis loca temerè adeat, & sine delectu quosquis vita & studiorum duces sequatur. Ista vanitas cum obiecta vobis esset, quare tacetis?

XIV. Apparet autem ignauia Asinina ex eo quoq; quod al. „ Allegare audet, quæ nunquam legit, nunquam inspe- „ xit. Nam de formula Concordiæ scribit Asinus: Nos sum- „ mota Augustanae Confessione, nouam formulam & con- „ tentionis pomum Ecclesiæ Dei obiecisse. Atqui o Asine, „ non solum inserta est Formula Concordiæ Confessio illa: „ sed si saltem præfationem eius legisses, didicisses vtiq; „ adeo non summoueri, ut post Scripturam & vetustiora il- „ la Symbola, dicatur esse norma atq; regula doctrinæ no- „ strarum Ecclesiarum. Nisi itaq; summota diligentia igna- „ uia successisset, Asinus ista non scripsisset.

XV. Sic de Apologia Erdfortensi inquit: reiectam in ea Vbi- „ quitatem, tanquam figmentum ociosorum hominum. „ Sed apparet hinc, Asinum illam non legisse. Nam fol. 4. „ fac. 1. & 2. scribitur: Docemus & profitemur, quod hu- „ manæ Christi naturæ ob personalem vniōnem & exalta- „ tionem non tantum creatæ & finitæ qualitates dñe & „ communicatae sint, quas in se & per se haheat, & respectu „ quarum multis gradibus omnium sanctorum & Angelo- „ rum donis excellat: Verum etiam attributa diuinitatis „ propria acceperit: Talia omnino, quæ sacrarum litera- „ rum testimonio verè diuina sunt & infinita idiomata: ve- „ luti

Iuti omnem potestatem in cœlo & in terra, Matth. ii. 28. “
 Apo. 5. Dan. 7. Virtutem viuificandi, Joan. 6. Potestatem “
 exercendi iudicij Joan. 5. Omnia pedibus subiecta habe- “
 re, Psal. 8. Eph. 1. Emundare à peccatis, i. Ioan. 1. Omnes “
 thesauros sapientiae & cognitioni Col. 2. Omnia im- “
 plere: audi Afine, omnia implere, Eph. 4. &c. Sic ea par- “
 te quæ scripta est aduersus Bremenses, ait Apologia: Hæc “
 nostra fides est & confessio, Christum corpore suo quod “
 inseparabiliter sibi vniuit, & quod ad dextram Maiestatis “
 & virtuibus diuinæ exaltauit, præsentem adesse, initio in S. “
 Cœna: deinde, totum Christum secundum vtramq; natu- “
 ram præsentem adesse Ecclesiæ suæ, Matth. 28. Tertiò, “
 Christum non tantum vt Deum, sed etiam vt hominem “
 omnibus creaturis præsentem esse, præsentemq; omnia “
 gubernare, Eph. 1. 4. Psal. 8. cœlesti tamen, supernatura- “
 li, & incomprehensibili ratione.

Etsi autem Apologia ait, se declarationem generalis
 Ubiquitatis plenariam, tanquam Mysterij in hac vitâ in-
 effabilis, in æternam illam vitam reijcere: tamen tantum
 abest, vt figmentum ociosorum hominum esse dicat, vt
 de ociosis illis hominibus, quorum hæc figmenta sunt, di-
 cat: Ut autem asseramus cum illis, de Mysterio illo (totum “
 Christum Deum & hominem omnia implere, omnibus “
 creaturis præsentem esse, & præsentem non absentem “
 omnia gubernare) nihil in sacris literis esse expressum, “
 quin etiam multa S. Scripturæ testimonia illud desertè & “
 palam negare, conscientia prohibemur. Verba enim spi- “
 ritus sancti, ore Apostoli Pauli prolata, Eph. 1. & 4. quæ “
 propriè agunt & loquuntur de assumta humana Natura “
 Christi, nullo modo negare possumus. Verum grata “
 mente illa tanquam vera mininèq; dubia, ita vt enunciata “
 sunt, acceptamus: nec vlli Sacramentariorum illa delere “
 aut euertere vñquam poterunt. Ex quibus apparet, illud,
 quod de Apologia scripsit, figmentū esse ignavi & ociosi
 Afini, qui Apologiam illam nunquam legit, nunquā im-
 spexit.

Confessionem Augustanam à Philippo non Ubiquitario, sed Orthodoxyo, hoc est, Sacramentario conscriptam fuisse: ideo Grynæum etiam Sacramentarium bonâ conscientiâ subscribere potuisse. Respondeo: An non vos pudet, Viri Sacramentarij, tanta ignavia Asini vestri? Si enim Melanchthon conscripsit Confessionem sic quidem, ut etiam Sacramentarij bonâ conscientiâ eam amplecti possint: Quare Calvinus eam facem appellat, qua conflagratura fit vniuersa Gallia? Quare Beza scribit, sibi Confessionem illam in quibusdam non satisfacere? Præfertim in capite de Cœna Domini, sibi probari minimè posse, nisi comoda interpretatione leniatur. Quare Tigurini vltro fatentur, se Confessionem eam in illo Articulo approbare non posse, quod ipsorum doctrina in eo ipso non obscurè sit condemnata? Num verò, si ne, hī tui homines Orthodoxi non sunt? Aut aliæ est Grynnæi & horum conscientia? Vide quid legeris? Deinde, si à Philippo Orthodoxyo Confessio Augustana conscripta est: is ipse Philippus eam scripsit, qui eo ipso tempore scripsit: [Ego mori malim, quam hoc affirmare, quod illi affirmant, Christi Corpus non posse, nisi in uno loco esse.] Is ipse Philippus, eodem circiter tempore scripsit. [Indigna est Christianis opinio, quod Christus ita quādam cœli partem occuparit, ut in ea tanquam carcere inclusus sedeat.] Is ipse Philippus scripsit, qui simul scripsit: [Nulla satis magna causa est, ut proprietatem verborum deseramus, cum nulli Articulo fidei repugnet: & hec sententia de præsentia Corporis Christi conuenit cum alijs Scripturis: quæ de vera præsentia Corporis Christi apud nos loquuntur.] Asine, legitime tu hac vñquam? An non tibi satis videtur Ubiquitarius Melanchthon, iners Asine? Lege ergo prius, quam scribas de rebus profus incognitis. Et esto fuisset Sacramentarius Philippus etiam tunc, & aperuisset fenestram aseclis suis, ut latere sub

sub confessione ista potuissent: tamen cum Grynaeus non ignoraret, quā sententiā & Præceptores eam amplectentur ipsi, & quā illum obligatum vellent, quomodo potuit Iuramentum bona fide præstare hac conscientiā. Id cū etiam libello meo ei obiecerim: tamen tantæ est Asini vestri ignauia, vt niutus transeat.

xvii.

Vtherum (rudit Asinus) docuisse Corpus Christi in pane esse, sicut auenam in sacco, infantem in cunis, pecuniam in loculo, ceruism in cantharo, Schultum in balneo. Videntis igitur Asini vestri ignauiam: nunquam legit vllum ex libris Lutheri, quos de causa Sacramentaria scripsit. Ostendat enim ille quicquam horum ex scriptis Lutheri, si piger Asinus esse nolit. Imò contrarium passim illius libri habent. Confessione Minoris ait: Cinglius Marpurgi prolixè & absurdè mercum locutus est de locali inclusione, quod Corpus Christi non posset esse in Cœna, quasi doceremus (audi Asine) Corpus Christi esse in pane, sicut vinum in dolio, aut stramen in sacco. In Maiori confessione: Quid opus est multos scribere libros? Ostendant nobis ex Scriptura, Christum non habere alium modum præsentiae sui Corporis, quam localem, sicut farina est in sacco, aut pecunia in loculo? Et eodem libro: Ratio nostra (fateor) stultè argutatur, quia dicitur in pane, quod vulgo sensibili & corporali modo accipitur: ideo Corpus Christi esse in pane, sicut stramen in sacco aut panem in cophino: sed fides istam particulam aliter accipit, & intelligit, &c. Et addit: Sed quid frustrà cum fanaticis illis de his mysterijs loquar, quæ illi minus assequuntur & intelligunt, quam Asinus Psalterium. Ecce Asine. Sic in libro, quod illa verba immota perstent: Hoc est Corpus meum: Atqui, inquit, cogitandum etiam est

illis fanaticis, Deum plures habere modos & rationes præsentiae, quām solam illam crassam, de qua ipsi loquuntur, sicut vinum in dolio, panem in cista, pecuniam in loculo. Et, si legisset (vt Heidelbergensium & aliorum nunc taceam) Scripta Buceri, Afinus: quoties excusat Lutherum, factam ei à se & suis iniuriam? Inspexit saltem, nisi adeo ignarus fuisset, Formulam Concordiæ Vitembergensis. Sed frustra me defatigo: desidia enim Afini facit, vt isthac omnia magis ipsi sint peregrina, quām pagi saltus Bohemici.

XVIII.

A Liquoties nugatur Afinus, doctrinam Lutheri esse Cardinalis Cammeracensis nugamentum: vt Pontificia transubstantiationis suspectum eum faciat. Sed Afinus, qua est ignavia, locum nunquam inspexit: & loquitur de rebus penitus sibi ignotis. Lutherus enim ex verbo Dei, & institutione Christi, suam sententiam desumit: de qua re cogitandi occasionem sibi à Cammeracensi datam non inficiatur. Tu verò cogita, qualem Cardinalem aut Spiritum monitorem sui dogmatis Cinglius habuerit, de quo ipse profitetur: se, ater ne an albus fuerit, nescire.

XIX.

B Erengarij Palinodiam, inquit Afinus, Lutherus publico Scripto probauit, & summoperè commendauit:
 „ quod ne tu quidem hincendo negare potes: cur verò Lutherus in Maiori sua Confessione illam suam approbatio-
 „ nem retractarit: nobis ratio reddenda non est neq; illa
 „ res nobis præiudicio esse debet. Respondeo: Sed neq; pi-
 gritia tua nobis, Afine, præiudicio esse debet: & de ea tibi
 reddenda erit ratio. Afinus autem locum illum nunquam
 inspexit, nunquam vidit, nunquam legit. Etenim eodem
 tempore, anno, mense, die, eodem libro, folio, paragra-
 pho, vtrunq; scripsit D. Lutherus. Ex quo apparent, nihil
 ei tribuit: sed seipsum perspicuè, contra omnem calumni-
 am,

am, explicituit. Ecce impudentem Asinum, qui Lutherum
accusat eius, quod nunquam illi in mentem venit: & quod
ipse Asinus nunquam vidit aut legit.

Eadem prorsus est ratio de dicto Lutheri ex Homilia
de Sacramento & fraternitate. Cum enim ex ipsis ver-
bis Lutheri, ex hac eadem Homilia deflumtis, calumniam
ipsorum refutasse, nec haberet aliam comodam respon-
sionem: Ignoscat (ait) nobis Iacobus Andreæ, si Lutheri
contradicções probare non possumus. Respondeo: Tu
Homiliam illam nunquam legisti, ô Asine. Neq; enim
ipsius aliqua, in Homilia, contradictione: sed tua ignauia,
& quam hæc genuit inscitia, culpanda potius fuerit, cum
adeo perspicue se explicarit, & contra inanem signifi-
cationem Cinglianam munierit. Ignoscas igitur Asine,
quod tuam inertiam & inscitiam probare non possumus.

xx.

Aliquoties tumultuatur Asinus, Lutherum & nostros
propositionem istā: Panis est Corpus Christi: mon-
strosè permutasse in has voces: panis, id est, in pane, sub
pane, cum pane: Est, id est, includitur, alligatur: Corpus
Christi, id est, inuisibile, infinitum, gloriosum, Maiesta-
ticum Corpus. Respondeo: Si istas phrases ex Lutheri
aut nostrorum scriptis ostenderit, infinitum & gloriosum
Corpus Christi in pane includi, & sub pane alligari: erit
mihi magnus Apollo. Si non possit: erit magnus Asinus.
Ex hoc vnum est. Deinde, nisi iners esset Asinus, legislet
declarationem Lutheri, quæ & nostra est, de his ipsis vo-
cibus, in, sub, cum. Illa sic habet: Quod si ita insidiosè no-
biscum agere voluerint, & calumniari, ipsum verborum
Christi contextum (hoc est Corpus meum) nostram in-
terpretationem ferre non posse: plurimum enim referre,
vt sententia horum verborum mordicus retineatur, nec
ferre voluerint, vt alibi dicamus, in Cœna est Corpus
Christi: parati sumus, hęc omnia & recantare & retractare,
nec

xxi.

„ nec his vocabulis amplius vtemur, sed simplicissime di-
 „ cemus: Hoc est Corpus meum, sicut ipse textus sonat, mo-
 „ dò illi idem agant, & consentiant. Agè Asine, si hæc legi-
 „ sti, & subscribere voles: ecce , ista particula Concordiam
 „ nunquam impedit. Quod si aliud agis: prætextum que-
 „ ris, non veritatem.

XXII.

Lutherus constanter docuit, ait Asinus, prædicatio-
 „ nes Sacramentales figuratas & tropicas esse. Respon-
 „ deo. Sed quare tanta est Asini desidia, vt librum, lo-
 „ cum &c. non ascribat? Quare non recitat D. Lutheri ver-
 „ ba? Qui potest esse adeo ignauus? Et quid quoſo dicit
 „ Asinus? Quid pugnauit D. Lutherus cum Oecolampa-
 „ dio, & cæteris, nisi de hoc ipso, prædicationem non esse
 „ figuratam aut tropicam, quod Oecolampadius acriter
 „ contendit? Et si vel Oecolampadij vel Lutheri libros ex-
 „ tremis labris gustasset: nihil horum scripsisset. Sufficiat
 „ nunc ex plurimis vnum locum attulisse. Confessione Ma-
 „ iorū ait Lutherus: Cùm verò hic stent pro nobis verba
 „ Dei, (Hoc est Corpus meum) verba certa, manifesta, per-
 „ spicua, vulgaria, & communia, quæ tropus nunquam fu-
 „ erunt, neq; in Scriptura, neq; in vlla lingua: necesse est, vt
 „ fide apprehendantur. Si hoc est tropum constanter do-
 „ cere: dicat Asinus, quid sit tropum constanter reiſcere.

XXIII.

Contradictionem suam (rudit de me Asinus) silentio
 „ citidem probat. Et quænam, inquies pie lector, est il-
 „ la? Et respondeat ipse sibi: Hæc est: Corpus Christi adest
 „ & comeditur Supernaturaliter, &: adest cum pane & com-
 „ editur sensualiter, atq; dentibus atteritur. Respondeo:
 „ Si ista ita scribantur & accipiantur, vt tu Asine illarū dis-
 „ fateor esse contradictionia. Sed ostende, quis ista docue-
 „ rit, aut vñquam scriperit. Primam propositionem li-
 „ benter agnoscimus: alteram autem nequaquam. Neq; vñ-
 „ quam docebit illam Asinus ex nostrorum scriptis sic qui-
 „ den,

dem, ut hic illa allegatur. Hoc quidem non negamus: Lutherum rectè scripsisse, quòd quæ per se & propriè fi-
ant de pane, posse per accidens propter vnonem Perso-
nalem, Corpori Christi tribui. Quòd autem ipsum per se
Corpus Christi sensualiter comedatur aut dentibus at-
teratur: tantùm abest à rei veritate, quantum ille à dili-
gentia legendi eos libros, quos tamen stulta audacia ci-
tat, cùm nunquam inspexerit. Et ignorat Afinus regu-
lam Dialecticam: Ab eo quod inest per se, ad aliud quod
per accidens accedit: non esse bonam consequentiam.

Citat Afinus locum ex pag. 591. Tomi quarti Vuit-
tembergensis: nescit appellare librum aut caput, imò
Latinus ne an Germanicus Tomus sit. Et vt videatis igna-
viam Afininam, & quòd nunquam locum inspexerit: quæ-
rite illam paginam in Tomo Latino, quærите in Germani-
co, quærite in eo, qui ex Germanico in Latinam lingua
translatus est: nullum inuenietis ea de reverbulum.

XXIII.

Lvtherus, inquit Afinus, licentiam dedit suis sectato-
ribus, sub vna vel vtraq; specie communicandi, Li-
bro de Capt. Babylon. Respondeo: Ignania Afni facit
vt nesciat, Anno 20. & sic primis Lutheri annis hunc li-
brum scriptum fuisse. Et si præfationem solùm i. Tomi
legisset iners Afinus, nihil horum Luthero obiecisset.
Sic enim tibi legitur: Ante omnia oro pium lectorem,
& oro propter ipsum Dominum nostrum Iesum Chri-
stum, vt ista legat cum iudicio, imò cum multa miserati-
one. Et sciat me fuisse aliquando Monachum, & Papistam
insanissimū, & cùm istam caussam aggressus sum ita ebri-
um, imò submersum in dogmatibus Papæ, vt paratissi-
mus fuerim omnes, si potuissem, occidere aut occidenti-
bus cooperari, qui Papæ vel vna syllaba obedientiam de-
trectarent. Et paulò post: Ita inuenies in ipsis meis scriptis
prioribus, quād multa & magna humilimè concesserim
Papæ:

xxv.

» Papæ: quæ posterioribus, & istis temporibus pro summa
 » blasphemia & abominatione habeo, & execror: dabis igi-
 » tur hunc errorem, pie lector, (velut ipsi calumniantur)
 » antilogiam, tempori & imperitiæ meæ. Et sub finem: Hæc
 » ideo narro, optime lector, ut si lecturus es opuscula mea,
 » memor sis me vnum fuisse, vt suprà dixi, ex illis, qui (vt
 » Augustinus de se scribit) scribendo & docendo profece-
 » rint: non ex illis, qui de nihilo repente sunt summi, cum
 » nihil sint, neq; operati, neq; tentati, neq; experti. Sed ad
 » vnum intuitum Scripturæ, totum Spiritum eius exauri-
 » unt. Hæc legere oportuit Afinum, & meminisse suæ re-
 » gulæ: Posteriore cogitationes, et si non semper, aliquo-
 » tamen meliores esse prioribus: & sic non antilogia
 » cuidam, (quod Lutherus calumniam esse dicit) sed tem-
 » pori tribuisset. Verum sic est candor Sacramentarius,
 » Charitas eorum, & Sympathia.

XXVI.
 Pag. 20.
 Scripti Trip.

Fingit eiusmodi contradictionem in Lutherio: Corpus Christi nulla alia re præterquam corde potest accipi, scribit Lutherus: &: Corpus Christi dentibus atteritur. Respondeo. Afinus neutrum verum dicit. De posteriore propositione quomodo per accidens vera sit, suprà memini, nec repeto. Sed & prior propositio, vt ab Afino citatur, falsa est. Loquitur enim Lutherus, non de Corpore Christi, quod ori ad comedendum in S. Cœna offeratur: sed loquitur de Christo, & beneficijs eius, sicut in verbo per prædicationem Euangeli, auribus offertur & cordi, & sola fide apprehenditur. Verba Lutheri sic habentur: Proinde vides, Christum (non ait Corpus Christi) tibi non tradi in manus, non disponi tibi in cistam, non inseriri tibi in sinum, non dari tibi in os, sed offerri tibi verbo, & Euangeli (quid autem Afine hoc ad S. Cœnam?) & per aures cordi tuo, &c. Nec vlla alia re, quam corde potes eum accipere. Sic ille. An verò Afine tu locum illum rectè inspexisti? An ne inter Christum & beneficia eius oblata verbo

Verbo Euangeli, & inter Corpus & sanguinem eius in S. Cœna oblata, nullum est discrimen? Anne qui ista, ut par est, distinguit: sibi ipsi statim contradicit? an vero qui illa confundit, quod tu facis, ineptus est Asinus?

E Andem esse suorum, quo ad substantiam Cœnæ Domini, & Anabaptistarum doctrinam pernegat: & ait argumentum meum esse elumbe atq; ridiculum, quod dixeram: Ipsi Anabaptistæ professi sunt se nihil habere, in quo vobis hoc quidem loco contradicant. Respondeo: Quæ autem causâ esse potuisset, Asine, ut in hoc solo sum dissimularent sententiam, cùm in cæteris omnibus Articulis liberè conferrent? Præsertim, cùm ideò eò accessissent, ut doctrinæ suæ publicè, quamvis nouo in Imperio exemplo, rationem redderent, & quidem vocati per saluum conductum. Quare adeo es ignavius, ut causam non afferas aliquam, probabilem saltem? Deinde, quare Dathenus non ostendit discrimen vestri & Anabaptistarum Dogmatis, si quod erat? & conuicit eos erroris, in quo à vobis dissentirent? Aut quare tu discrimen illud nō ostendis, ignave, si potes? Præsertim cùm intelligeres, te consensus aut collusionis potius cum illis accusari?

XXVII.

SChuuenckfeldianismi Lutherum & Brentium accusat: id quod Schuuenckfeldius ipse asseuerarit. Econtra verò me falsas contra Grynaeum accusationes confinxisse ait, de Schuuenckfeldianismo, quas nunquam probare possum: aliás enim si probare quid horum possem, nunquam silentio præterijssem. Respondeo: Ignauiam Asinianam agnosco, qua scripta Schuuenckfeldij nunquam legit: sicut nec nostrorū Theologorum, de hac ipsa Controversia. Ille enim humanam Christi naturam, creaturam esse negauit, sed Deificatam contendit: id ostendat Asinus, si per ignauiam possit, quenquam nostrūm docuisse. Et modo dixerat, esse argumentationem elumbem

XXVIII.

G

atq;

atq; ridiculam: Anabaptistæ fatentur se non dissentire à Sacramentarijs in Articulo de Cœna. Ergo non dissentunt. Et tamen ille sic argumentatur: Schuuuenckfeldius dixit: Lutherum & Brentium similia secum docuisse. Ergo docuerunt similia. Est igitur elumbe & ridiculum ridiculi Afini argumentum. Et nisi iners Afinus esset, didicisset saltem ex Præfatione D. Brentij, libello D. Sebاست. Coccij p. m. præfixa, (quem hic contra Schuuuenckfeldium in lucem emisit) quæ esset eius de hoc dogmate sententia. De Luthero verò, vt reliqua taceam, vel unicum responsum tabellario Schuuuenckfeldij datum, abunde eum excusare potuisset, si Afinus vñquā legisset. Quod verò criminaciones de Schuuuenckfeldij delirio, me contra Grynæum confinxisse scribit: id ostendit, Afinum quæ est ignauia, confutationem D. Iacobi non legisse, ad quæ illum remiseram. Legat igitur vel adhuc, & ad rem respondet: deprehendet enim aliquoties, non criminationes, sed rem ipsam me dixisse.

XXIX.

„ **B**ezam, cùm Stuccardiæ liberè suam de Cœna Domini sententiam aperitæt, Iacobus Andreæ amicè complexus, fratrem appellavit, sic animo perculsus fuit. Posteaquam verò discessit ille: Iacobus Andreæ Germanicus: cum libellum emisit, quem ille non intellexerat. Sic Afinus: Respondeo: O ignauam & stolidam bestiam, quæ horum nihil neq; legit neq; intelligit. Nam Göppingæ ista, non Stuccardiæ acciderunt: & quidem, an fratrem appellavit Bezam, nescio: sed esto, si Afinus legisset Confessionem, quam Beza tūm scriptam, & sua & Farelli manus subscriptam, tradidit, & in mea ad Bezam admonitione extat: non miraretur eum fratrem à D. Iacobo Andreæ appellatum fuisse, si appellatus fuit.

Quod si illa animo simplici & candido scripsisset, vt tūm

tum quidem profitebatur, cum pecunijs nostris infidiā-
retur; quis eum non fratrem agnosceret?

Et mirabiles profectò homines, vos Sacramentarij,
estis. Conqueritur Zanchius de nostra inhumanitate,
quamuis vanissimè, quòd cùm per triduum Stutgardia
hæserit, nemo ex nostris neq; inuitatus neq; inuitaturus
accesierit. Quòd autem Bezam humanissimè exceptit &
amicè complexus est D. Iacobus: id timoris argumentum
est, quo ita perculsus, scilicet, fuit, vt animus defecisse vi-
deri potuerit: sicut nunc rudit Afinus. Quàm candidè
vero & liberè suam sententiam tum aperuerit, de eo alijs
sic scriptum reliquerunt: Tigurini vbi dere tota certio-
res fiunt, tanta hominis impostura acriter dolent, & eam
Confessionem magna contentione oppugnant, Bezamq; “
falsi reum peragunt. Quid vero interim Beza, num se de-
serit? Minime. Audi artem tali artifice dignam: vult “
persuadere Tigurinis, dolum aliquando bonum esse, & “
alium agere, aliudq; simulare. Sic ille. Quæ si vera sunt, “
vbi est candor ille & libertas seu ingenuitas? Sin falsa:
quare tacuistis hactenus, cùm etiam ab alijs, illa obiecta
 sint vobis?

In primis vero pigritiæ Afinum arguit id, quòd scri-
bit: Iacobum Andreæ libellum Germanicum, quem
tamen Beza non intelligeret, postea contra illum edi-
sse. Nam si vel Præfationem legisset eius libri, depre-
hendisset ignauus Afinus, illum iam dudum publica-
tum fuisse, antequam D. Iacobus Bezam vidisset un-
quam. Neq; contra Bezam aut quenquam Sacra-
mentariorum, sed hoc fine editus fuit, vt ostenderetur, qua-
tenus nobis cum Sacramentarijs, integra veritate, con-
uenire possit. De qua re, nisi ignauus Afinus esset, Caluinus Epist. ad Iacob.
cum in Epistolis docere, potuisset, qui ait: Quantum intel- Andreæ.
ligo,

Epiſt. ad Bar- " ligo, absq; acerbitate, aut cuiusquam contumelia, quod
thol. Hagen. " oppugno, defendis. Et rursus: Quòd D. Iacobus An-
" dreæ rationem aliquam Consensus suo libro quæſiuit, nec
" modò lenire exasperatos animos, sed etiam quod erat
" asperius in doctrina, mollire conatus est: etſi ſtudiū eius
" laudo, fructum tamen non tam vberem ſpero, quam initio
" putaueram. Sic ille. Quomodo ergo contra Bezam, aut
" cum eius contumelia editus fuit?

XXX.

IN Saxonia quid egeris, (ait Aſinus de D. Iacobo) patet
" omnibus. Doctiſſimos enim viros, quos exhorruisti,
" postquam partim carceribus includendos, partim in ex-
" liu eiſciendos curasti: poſtea diſputationem valde Athle-
" ticam iſtituisti Vuitebergæ. Respondeo: Tu vero, Aſi-
" ne, quid agas, & quam ſis ignauus, omnibus patet. Legiſ-
" ſes enim faltem D. Seliueceri Recitationem historicam, &
" didicilles, quiſ candidos iſtos Viros, carceribus induiſ-
" ſet. Sic enim ille: Conniuendum ergo cum diutius Ma-
" gistratuſ nō eſſet: vnius atq; alterius literas, que in prom-
" tu erant, perlegi iuſſit: qui anteā interrogati, num Sa-
" cramentarij addicti eſſent, responderant, ſe in aternum
" faciem Dei non conſpecturos eſſe, ſi vllā in parte Sacra-
" mentarias opiniones fouerent, autā doctrinā expositā in
" Lutheri Catechismis recederent. Lectis vero literis, in-
" teſſelxit Inclytum caput, (Elector) ſe & ſuos ſubditos tur-
" piter delulos, circumductos, & deceptos iam diu fuſſe, &
" literas à sermonibus & Confeſtationibus iſpotum, remo-
" tiores eſſe, quam cœlum à terra diſtat. Ne tamen quid de-
" eſſet clementia, Torgam denuo vocati ſunt deceptores,
" & proposita ſunt illis capita, continentia harum Eccleſia-
" arum Confeſtionem de Coena. Hic cum tandem erun-
" perent, ſe non ita ſentire, nec ſenſiſſe haſtentus: ex iuſta
" perturbatione & indignatione clementiſſimi Capitis, ad
" aliquod tempus, antequam planè dimitterentur, detenti
" ſunt, non tam ob falſa Dogmata, propter qua dimittiſſa-

timpotuissent, quām ob deceptionem & perfidiam, quōd “
ad tām multos annos Electorem, Aulam, Consiliarios pri- “
marios & subditos, discipulos etiam & auditores fecellis- “
sent, & interrogati, semper contrarium, addita sāpē di- “
tarum in sc̄plos im̄p̄ecatione, affirmasent. Et paulo “
pōst: In forma obligationis (quam illi postea dederunt) “
prīmū penitū manifesta Confessio erroreꝝ doctrinꝝ “
Caluinianꝝ, quam Theologi isti, clam in harum terrarum “
Ecclesias & Scholas inuehere voluerint &c. Deinde po- “
nitur Confessio incogitantꝝ, cuius p̄niteret ip̄sos, & “
promissio emendationis, & spontaneꝝ subscriptionis, & “
obligatio ad obedientiam pr̄stantam Inclyto Electori, “
in primis in refutatione deliriorum Sacramentariorum, “
& fideli executione mandatorū, quē Elector Inclitus etiā “
in posterum daturū esset. Ad hunc modum Caspar Cru- “
ciger, Henricus Moller, Christophorus Pezelius, & Fri- “
dericus Vuidebramus sua singuli manu, obligationi, 15. “
Iulij, Anno 74. Torgaꝝ subscr̄perunt, fide data iuramenti “
& veritatis nomine Sacro sancto. Sic ille. Ex quibus fa- “
tis appetet, non D. Iacobum, sed Illustriss. Electorem “
Augustum (excellentis memoria) imō non illum, sed “
perfidiam istorū & deceptionem ip̄sos carceribus inclu- “
fisse. Et Asine, vt videoas ignauiam tuam: 15. Iul: Anno 74. “
illi dimittuntur: D. Iacobus Anno 76. hoc est, post bien- “
num demum ab Inclyto Electore in Saxoniam vocatus “
est. Quomodo ergo inclusit carceribus eos, cūm bien- “
nio ante dimissi essent, quām ille eō peruenisset, Asine?

DOCTOREM IACOBUM scripsisse, ait ASINUS: hominem
Christum hoc habere commune cum omnibus san-
ctis, quōd cum eo Personaliter Deus vnitus sit. Sed desi-
dia ASINI locum non inspexit. Sic enim habet: In Christo “
Deus dicitur mortuus, primō quōd hēc contumelia in “
Deum redundabat, cum quo Personaliter homo vnitus “
esser: quōd tamen habet commune cum omnibus Sanctis. “

XXXV

» Non te, inquit Deus ad Samuelem, sed me abiecerunt,
 » ne regnem super ipsos. Quod itaq; D. Iacobus de con-
 tumelia Christo facta, dixerat, habere eum, illam com-
 munem cum alijs sanctis: id Afinus ad Personalem vni-
 nem torquet, cùm exemplum etiam Samuelis penitus re-
 pugnet. Verùm Afini illi inerter, nihil legunt: sed ex alijs
 fine iudicio colligunt ineptè, quæ non intelligunt: vt non
 immeritò Afinos illos ignauos dixeris.

xxxii.

THESI 46. Disputationis cuiusdam suæ, scripsérat D. Iacobus Andréæ: Quemadmodum verbum sine af-
 sumta humanitate nihil, sed in ea , cum ea , & per eam
 omnia in cœlo & in terra agat: sic etiam Naturam huma-
 nam sine verbo nihil pati, quia in Persona Christi actio-
 nes & passiones, quanquam alterius Naturæ propriæ sint,
 toti tamen Personæ, quæ nec Deus tantum, nec tantum
 homo sit, sed Deus & homo, in una Persona, attribui. Ex
 his ita colligit Afinus. Ergo, cùm diuina Natura per hu-
 manam ita agat, teste D. Iacobo, vt proprias actiones
 omnes ei realiter communicet: etiam realiter crucifixio-
 nem, passionem, & mortem atq; resurrectionem huma-
 na Diuinæ communicabit. Proinde patibilis & morta-
 lis Diuina Natura efficietur. Respondeo: Afinus, cùm
 locum non inspexisset: solutionem, quæ in eadem Thesis
 adjuncta est, ignorat. Ait enim pro explicatione huius
 Thesis, toti Personæ tribui, quæ alterius Naturæ propria
 sint. Quæ si Afinus inspecto loco animaduertisset, in ista
 absurdâ non impiegisset.

xxxiii.

D. Jacobum sub imperatore Martiano Stipendia me-
 rere, Afinus ait: quia dixerat, negare carnem Chri-
 sti Spiritualem, esse blasphemiam. Id enim ille Afinus,
 qui locum non inspexit, ad essentiam refert: cùm D. Ja-
 cobus de conditionibus Spiritualibus , quas Corpus
 Christi præ alijs corporibus acceperit, loquatur. Sic enim
 addit:

addit: Quo nomine super conditionem omnium aliorum corporum esse est: nihilominus verum & essentiale Corpus permanens, non in Spiritum conuersum est. Vbi vocabulum [essentiale] D. Iacobus literis maiusculis scripsit, vt si Afinus aliquis locum inspiceret, explicationem, nisi planè stupidus esset, videret.

Postrem id generis etiam alia plurima referre, nisi lectori parcendum esset. Sed vt vno intuitu videatis, quām frequens fuerit in lectione illorum scriptorum, quae oppugnat, duo adhuc addam. Prius, quod scribit: Nos verba Christi perpetuò in ore habere, sed de vsu eorum ne tantillum quidem solicitos esse. Respondeo: O Afine in illorum scriptis pro ignavia tua ne tantillum quidem legisti? Nam vt cætera scripta, conciones, & similia præteream, quibus prolixè de vero vsu Cœnæ Domini admonuerunt, & sollicitè: in polemicis dico idem ab ijs factum, cuins vel hic ipse Liber D. Brentij de Maiestate Christi, quem aliquoties citat Afinus, testis esse possit: quo, peculiari capite, per paginas octo, copiosissimè, de vero vsu & fine S. Cœnæ Brentius differit, atq; quadruplicem illum facit: quod non ignorasset Afinus, si per ignaciam nostrorum scripta legisset. Posterius vero est, quod scribit: nos negare propositiones Sacramentales, esse figuratas, & tamen propositiones illas: Christus est Petra, est vitis, & similes, ad figuratas referre, quæ sint Sacramentales. Respondeo: Si Afinus probauerit, nostros, istas propositiones inter Sacramentales vel retulisse vel admisisse, vicerit. Quòd si ille per ignaciam, qua nostrorum Scripta non legit, illud ignorat, & per Petitionem principij sumit id ipsum, de quo inter nos controvèrtitur: certè inertiam ipsius præstare nos non possumus.

xxxiii.

Sic

xxxv.

De Maiest. pag.
59. & 60.

Sic etiam D. Brentio in Christo piè defuncto tribuit,
 quòd docuerit, Satanam quoq; & Angelos eius esse
 in Cœlo: Eliam autem & Mosen, sicut & Angelos, in cœlo
 simul esse & nobiscum. Respondeo: Asinus non legit,
 quæ D. Brentius hac de re scripsit. Distinctè enim locu-
 tus est ille. Si, inquit, loquendum est de cœlo Corporeo,
 quod est initio à Deo creatum, NO N est illud ubiq; sed
 habet suum à terra discrimen, & distantiam &c. Si autem
 loquendum est de incorporeo & Spirituali cœlo: non est
 cogitandum, quòd sit certus locus suis spacijs circum-
 scriptis, super omnes cœlos, in quo Sancti localiter & cor-
 poraliter stent, aut sedeant, aut deambulent: sed quòd
 sit regnum cœlestis, quod nec locis, nec locorum inter-
 uallis, sed Maiestate Dei definitur, ut vbi cunq; Deus Mai-
 estate sua regnet, ibi sit incorporeum & Spirituale illud
 cœlum, de quo nobis in præsentia sermo est. Quod itaq;
 Asinus locum non inspexit, & quod distinctè & secundum
 quid dictum, illud simpliciter accipit: eius ignavia viro
 bono præjudicare vtq; non debet, præsertim cum ipse
 quasi se pœmulerit contra calumniam hanc, dum ibi-
 dem scripsit: Sic scilicet habituros esse Sacramentarios,
 quod pro ingenio & candore suo calumnientut & ex-
 gitent.

xxxv.

Ed quid in nostrorum scriptis præstaret Asinus, qui
 neq; suorum vñquam legit? Scripserat enim Cinglias
 de Christo: Abesse sinamus, donec veniat, præsertim cum
 Corpore eius nihil opus habeamus. Id cum defendere nō
 possit, & tamen ex animo eum tantarum nugarum pude-
 at: pernegat. Prius, inquit, illud, in nostrorum scriptis
 reperiri non memini. Quare tuum figmentum (air) esse
 non dubito. Respondeo: Te apud tuos non reperiſe li-
 benter credo, vt qui per pigritiam nunquam quæſeris,
 ideo non tuum figmentum, sed igauiam tuam esse, non
 dubito. De posteriori verò ait: Tuum crimen est, quod
 tu atibi dictauit Ubiquitas. Quis enim quæſo per Deum
 immortalem

imortalem ex nostris vñquam dixit aut scripsit: nos Cor- “
pore Christi nihil opus habere: profer si potes vnum api- “
cem: sin minus, calumniator esto. Respondeo: Bona ver- “
ba, mi Aſelle, exspēta paucā, & patefaciam tibi & tuis so-
cordiam & negligentiam tuam. Sunt ergo hæc Cinglij
verba. Habes autorem, quis extuis id scripserit. Scripsit
in Exegeſi ſua: Ecce tibi, Aſine, librum. Iam attende non
apicem tantum, ſed locum integrum: Abeffe ergo ſina- “
mus, ait ille, donec redeat, cùm Corpore eius nihil opus “
habeamus, Spiritu omnia rectius gerente, quām poſſit “
vlla caro. Iam iudicent fratres tui, Aſine, egōne calum-
niator ſim, an vero tu ignauus & impudens Aſinus.

Scripſerat Cinglius: per tertium cœlum intelligendum
effe per Hyperboleū, vehementem quendam exceſ-
ſum. Id cùm ego retulifsem, rudit Aſinus: me diſtū Cing-
lij corrupiſſe, dum de tertio cœlo acceperim, quæ ille de
toto raptu intellexerit. Sed ignauia hoc ipsum ſcribere
iussit: locum enim nunquam inſpexit. Cinglij verba hæc
ſunt. Per tertium cœlum ego ſimpliciter puto, per Hyper- “
boleū, vehementem quendam excessum, & raptum intel- “
ligi. Ecce Aſine, non ait: per raptū puto excessum quen-
dam, ſed per tertium cœlum vehementem excessum & ra-
ptum intelligi. Da igitur, Aſine, operam, ne defidia tua
alijs te riſendum propinet.

xxxvi.

NVllam, inquit Aſinus, niſi fidei mandationem di-
dicimus, illam ſolam agnoscimus. Etrurſus: præter “
Spirituale mandationem carnis Christi, nulla et alia. “
Et ait, nos petere Principium, cùm ſumamus tanquā Con-
fessum, duplicem effe mandationem, Spirituale ſeu
fidei, & Sacramentale, quam ille oralem vocat. Respon-
deo: Facile credo, te vnam tantum didiciffe, Aſine, aut
forte neutram. Sed dicere, vnam tantum effe: id Aſini-
num eſt. Et poſſem vno verbo respondere: Contra negan-
tem

xxxvii.

tem principia non esse disputandū. Sed vt appareat, quantum possit ignavia, temeritate armata: audiamus Cinglum, Caluinū, Gualtherū. Hic enim ait: Nullam hic (Ioan. 6.) Cœnę mentionem fieri: imò ne quidem institutam fuisse, cùm hæc dicerentur, vt libenter fatemur, ita illi negare non poterunt, hoc capite de Christo vero cibo vita, & eius mandatione ex professo disputari. Et rursus: Nō negamus in Cœna Sacramentalē quoq; mandationē fieri: sed quia prodest illa non potest, nisi ista accedat: frusta illi pro Sacramentali digladiantur. Ecce Aselle, Spiritualem mandationem: Ecce tibi Sacramentalem. Etsi vna & eadem est: quomodo illa ad hanc accedet? Imò non solum inter vtranq; discrimen esse docuerunt, sed collatione instituta, rationes discrepantię ostenderunt. Sic Gualterus: De eiusmodi mandatione loquitur Christus, quæ per sead salutem necessaria est, & sine qua nemo seruari potest. At Cœna ad salutem nō ita necessaria est, vt non sine illa seruentur, quos necessitas, non prophanus cōtempnus, ab eius vsu excludit. Ergo ista ad Cœnam non debent restringi. Deinde, de ea mandatione loquitur Dominus, cui salus necessariō coniuncta est. Cœna autem multis extitum potius, quam salutem affert: sicuti Iudæ proditoris, & Corinthiorū exemplis docemur. Quapropter Christi verba de eiusmodi mādicatione debent exponi, quæ nullis externis rebus alligata, semper & vbiq; potest fieri ab electis, & quæ sola ad salutem sufficit. Caluinus verò scribit: Neq; (hic) de Cœna habetur concio, sed de perpetua communicatione, quæ extra Cœnā usum nobis constat. Et paulò pōst: Ex his verbis palam appetit, perperam de Cœna exponi totum hunc locum. Nam si verū esset, quicunq; ad sacram Domini mēsam se ingerunt, carnis & sanguinis eius fieri participes: omnes similiter vitā referrent. Scimq; autē multis in exitiū cedere. Et certè ineptum fuisset ac in tempestatū de Cœna tunc differere, quam nondū instruerat. Cinglius autē quinq; notas (sic vocat) cōmemorat, ex quibus discrimen Spiritualis & Sacramentalis mandationis

Pag. II 4.

In Ioan. pag. 81. na exponi totum hunc locum. Nam si verū esset, quicunq; ad sacram Domini mēsam se ingerunt, carnis & sanguinis eius fieri participes: omnes similiter vitā referrent. Scimq; autē multis in exitiū cedere. Et certè ineptum fuisset ac in tempestatū de Cœna tunc differere, quam nondū instruerat. Cinglius autē quinq; notas (sic vocat) cōmemorat, ex quibus discrimen Spiritualis & Sacramentalis mandationis

310,

cationis agnosci potest. Et de quinta nota inquit: Hæc est “
 quinta & disertissima nota , qua deprehendimus Christū “
 hic nullo pacto de Sacramēto loqui. De quarta verò ait: Et “
 hæc quarta nota est, Christū hic de Sacramentali esu non “
 loqui, sed de esu fidei. Et rationem addit: quā qui volet, ibi “
 videre poterit. Et recitārunt nostri alibi non has tantū, sed
 plures etiā rationes differentiæ: quas ego breuitatis caussæ
 omitto: ex his enim satis perspicuū est, aut nullam penitus
 esse vel fieri manductionem carnis Christi in S·Cœna, aut
 certè aliam esse & rationem, quam in spirituali & solius fi-
 dei manductione, cum ipsi Sacramentarij inter vtramq;
 tanto studio distinguant. Videlicet igitur ignauiam vestri
 Asini: qui verè ait, se non nisi vnam didicisse. Si verò per
 Pigritiam suorum duntaxat scripta legisset: didicisset forte
 & alteratim.

Dictum Apostoli de captiuanda ratione in obsequium
 Christi, sic interpretatur: Quasi verò, inquit, hæc sit “
 dicti Paulini sententia. Ex hominibus prudentibus, & res “
 dijudicare valentibus, ratione deniq; præditis, conuer- “
 mini in bruta animantia. Et addit: Elegans profectò & ar- “
 guta interpretatio, & digna quæ nō homini ratione præ- “
 dito, sed cuculo, sed equo, sed mulo, sed asino attribuatur. “
 Sic ille. Respondeo: Si per desidiam potuisset inspicere, nō
 dicam Vetus statis, sed suorū saltem interpretum explicati- “
 ones, ista nunquā scripsisset. Ut enim aliōs præteream: Cal- “
 uinū, qui cæteros antecellit, audiamus, q; sic scribit. Hinc, “
 inquit, faciendū est exordiū, vt qui sapiens est, stultus fiat “
 (aures arrige Asine) hoc est, ppria intelligentia nos abdi- “
 cemus, & carnis prudentiæ renunciemus, atq; ita vacuas “
 mentes Christo offeramus, vt ipse eas implete. Iam dicite: “
 Calvinus ne, an verò eruditissima vestra bestia, sit equus,
 mulus, Asinus? huiusne, vel illius magis sit arguta explica- “
 tio? Quærit etiam ex me: quis, inquit, rogo te, ex nostris
 dixit, scripsit, aut sensit, non verbū sed fidem facere Sacra- “
 mentū? Respondeo: Nisi adeò ignauus esses, nō quæreres
 sed scires: Sic enim Beza: Fide præsentia nobis sunt, & quæ
 absunt,

XXXVIII.

“ Com. in Ep.

“ ad Cor. 2. cap.

IO.

„ absunt, & quæ nondum sunt, quia fides est (inquit) hypo-
 „ stasis rerum non existentium. Vbi nunc prætero, quo-
 modo ex inscitia locum ad Hebræos citârit: adeò periti
 Theologi sunt Sacramentarij: hoc solùm obseruetis, Viri
 Sacramentarij, si verbū facit Corpus & sanguinem Chri-
 sti in Cœna præsentia: quare ille ait, fidem, illa absentia, &
 quidem procul absentia, præsentia facere? Audiatis & Da-
 nœnum: Essentialē Christi Corpus, sola fide alicui rei
 præfens fit ac coniunctu. Audiatis etiam Oecolampa-
 diū, qui superlativo gradu ingreditur: Absentissimū Chri-
 sti Corpus, PER FIDEM præsentissimum esse animo.
 „ Sequitur ergo, nisi fides præfens efficiat: Corpus nobis ab-
 sentissimum esse, vt cunq; adsit verbū. Aut si propter ver-
 bum iam præsentia sunt: quare dicitis, fidem, absentissi-
 mum Corpus, facere præsentissimum animo nostro?

Quod verò ait, distinguendum inter caussam efficien-
 tem & instrumentalem: quæro ego, an non instrumenta-
 les caussæ inter efficientes referantur? An verò instrumen-
 tum materia rei sit, aut forma, aut finis? Neq; quæritur,
 quo instrumento percipiatur Corpus Christi? Sed quæ sit
 caussa efficiens præsentia? Anne iuxta verbum & promis-
 sionem Christi adsit realiter & distribuatur? Nos affirma-
 mus, propter verbum institutionis: vos dicitis, nisi fides
 accedit, esse absentissimum, fidem autem facere præsen-
 tissimum. Quod quid aliud est, quam fidem esse caussam
 efficientem præsentia Corporis & Sanguinis Christi in
 Cœna?

XL. **P**Hilippum, si à mortuis resurgeret, ait Asinus, ineptos
 „ suos imitatores (nos autem perstringit) tam percel-
 „ leret sua autoritate, quam olim Vuormatiæ Brentiū, pri-
 „ mum & infaustum Ubiquitatis partum ei offerentem. As-
 nus ignauus nihil studet. Neq; enim primus, vt Asinus
 ait, partus hic fuit: sed iamdudum in Com. in Acta Apo-
 stolica Anno 34. in Lucam 37. In Ioan. 45. editis, istud
 ipsum ex verbo Dei docuerat: quod ex admonitione mea
 ad

ad Bezam, nisi iners Asinus esset, videre potuisset, pag. 57.
58. 59.

Deinde scribunt Sacramentarii reliqui: Brentium, arcanum illud Omnia iestatis, viuo Philippo non effari auctor. Quod si ipse Brentius Philippo illud obtulit: an non mendacij conuincit suos homines, vester Asinus? Et quare fingit simultates eiusmodi, Asinus, inter Brentium & Melanchthonem? Si legisset Epistolas Philippi ad Camerariū: rudimentis illis Asinini, opus non fuisset. Sic enim Philippus hoc eodem loco, & durante conuentu ad Camerarium: Nunc inter nos tristis Collegas non solū dissensio nulla est, sed dulcis etiam consuetudo. In primis autē candore Brentij delector. Vides ne te nihil legere, ô Asine?

Dixeram Grynēum, dictum Christi: Pater maior me est: de diuina Natura interpretatum. Rudit Asinus: Tā verum est, quām si fingas Grynēum pro lectione publica se Pontificem Romanum appellasse. Sed ubi os tuum, ubi frons, ubi conscientia, ubi religio? Cui non est religio, ea comminisci, quā tot honestissimorum hominum testimonia falsitatis redargui possunt. Deus tamen, qui iustus iudex est, te ita excœcauit, vt hanc tuam calumniam ita commemorares, vt nemo sanus dubitare possit, te falsum dicere. Tempus enim, quo Grynēus illud dictum de Deitate Christi enarravit, omittis: locum in quo ista acciderint, studiosè dissimulas: testes, qui ad te detulerint, non minare non audes. Quis ergo non intelligat, te nobis fabulam narrare. Profer Andrea, si nobis fidem facere, si te à calumniæ crimine vindicare vis, tempus, profer locum, profer testes, istiustuæ calumniæ, proferes autem post exactum magnum annum Platonis. Ecce Asinum clamantem & rudentem. Aures ergo arrige Asine, fiet ut petitur, 1. Testes sunt ipse Grynēus: Prælectiones eius in Ionam ab ipso editæ: Typographus à quo excusæ. 2. locus est Basilea vrbs, & auditorium Theologorum, vbi publicam

cam lectionem habuit. 3. Tempus est annus 81. 12. vel. 13.
Januarij, prælectionibus in Ionam, pag. 139. 140. Et vsq;
adeò Arrianismum redolet interpretatio illa, vt Grynæus
cùm olfaceret, et si frustra, excusare tamen aliquo modo
conetur. Et sic iuxta Asinum, exactus est magnus annus
Platonis, & Grynæus Pontifex Romanus, vester autem
ille, Asinus Rheatinus declaratur, qui nunquam suorum,
nendum aduersariorum scripta per pigritiam legit.

XLII.

Caluinum aut Bezam durius quicquam contra Patres
scripsisse negat: & me peruertere Caluini verba ait,
cùm comparatiuè tantùm ille locutus sit, Patres cum Scri-
ptura conferendo, & hanc illis præferendo: de Patribus
autem honorificè cum & sentire & loqui. Respondeo:
Asinus, quâ est pigritiâ, locum non inspexit. Caluinus
Prefat. Institut. enim postquâ lapsus & errores Patribus tribuisset, & quod
ad R. gem Gall. aurum cum sterco ribus miscuerint, tandem inquit: Multa
ignorarunt sancti illi Viri, sâpe inter se conflictantur, in-
terdum etiam secum pugnant ipsi. Anne hoc comparati-
uè, an verò absolute dictum sit, iudicabant ij, quorū con-
firmatus est, quâm huius Asini iudicium.

XLIII.

Bezam autem, ait, tantùm de ijs Patribus locutum esse,
qui circa Theodosij Magni seculum vixerint. Re-
spondeo: Asinus nunquam inspexit locum. Etenim si ita
esset, sicut non nego, illum de ijs Patribus etiam loqui,
cùm tamen addat: doctissimos Patrum eo tempore exti-
tisse: quid de reliqua Patrum turba iudicandum fuerit, si
doctissimi illi, Beza non probantur. Sed aliter etiam res
habet: cùm enim omnem Patrum gregem in duas classes
distribuisset, in vetustissimos, vsq; ad Constantini Magni
tempora: & inde vsq; ad Imperij Romani inclinationem,
ad quod tempus etiam seculum Theodosij Magni refer-
tur: vtriusq; classis Doctores improbat & reiicit. Quod
Asinus si legisset, facile deprehendisset.

Quæ

Quæ maior laus esse potest, rudit iners Afinus, quām à " **XLIII** talibus hominibus reprehendi, quales hodie vulgo " putantur Vbiquitarij, maximè vero Tübingeres? Et " rursus: Nemo vos doctos Viros agnosceret, si vel semel " vestra nomina, omissò doctoris titulo, scriberetis. Etsi au- " tem hic Afini ruditus sit, quo non magis mouentur illi, quām digiti crepitū: tamen cùm Grynæus scribat, Snepf- fium & Heerbrandum veneror: idem etiam de his Tossani iudicium sit: apparet Afinum illum non diligenter ver- satum in suorum scriptis, vt qui aliâs ipsorum iudicium, nisi per desidiam ignorasset, non fuisset contempturus.

VT ostenderem, particulas, in, sub, cum, non mutare propositionem: Panis est Corpus Christi: sed esse æquipollentes: à similitudine phraseos ex Scriptura argumentatus sum. Illa enim dicit: Christum esse Deū: & Deū esse in Christo. Respondeat Afinus: Me argumentari perinde, atq; qui colligat ex baculo stante in angulo, Christum natum esse in Bethlehem: quia prior propositio ostendat, quis sit Christus, respectu suæ personæ: posterior verò, non quis sit Christus, sed quid nobis in Christo, & per Christum Deus præstiterit. Sed dignus erat Afinus, cui propter pigritiam, per baculum stantem in Angulo responderetur, an fortè hoc medicamento curari ignauia eius, & veternum excuti possit. Si enim Vetustatis non voluit, saltem suorum doctorum interpretationem legisset. Cinglius enim de posteriori etiam loco, quo Deus in Christo esse dicitur, ait: Ostendit (Paulus) Christum non fuisse nudum hominem, sed etiam Deum, quantumvis esset humilis & despectus, dum inter mortales versaretur. Bullingerus inquit: Sentit (Paulus) Christum non modò hominem esse nudum, sed & Deum verum. Sic etiam Gualtherus: sic etiam alij. An yero isti non ad Personam Christi hæc verba referunt? An non æquipollentes faciunt has propositiones? An nō vester, Afinus ignauus

ignavius est, qui ut nihil intelligit per ruditatem, ita nec
quicquam legit per ignauiam?

XLVI.

In eundem finem produxeram dicta Scripturæ de dextra Dei, quibus dicitur Christus sedere à dextris Dei, in dextra Dei, ad dextram Dei. Cùm negare non possit, eiusmodi figmentum adfert: Inter nos, ait, quæri de loco, in quo sit Corpus Christi, quando cœna administretur. Nos in pane, & sub pane, (tanquam in loco) illud esse affirmare: se verò & suos docere, Corpus Christi manere in celo, sed, mediante Spiritu sancto, fidei instrumento percipi. Atqui cum de dextra Dei disputetur, non quæri de loco, in quo Christus sit, licet non nisi in celis sit: sed quæri de gloria & Maiestate, regno & potentia. Respondeo. Deus bone, quanta est ignavia huius Asini, qui nondum neque ex nostris, neque ex suorum scriptis didicit, quid vel illi vel nostri doceant. Nam si inuertas quod ille scribit, tum scopum rectè attigeris. Sacramentarij enim, cœlum certum locum esse docent, & dextram Dei certum locum in celo, ad quam Christus sedeat: econtrà, Christum in S. Cœna localiter adesse, nostrum quenquam docuisse: post exactū annum magnum Platonis probabit. Ita ut hæc Asinina responsio prorsus inepta sit, & ad rem nihil faciat. Taceo, quod si ita esset, huc non pertineret. Sufficit enim mihi probasse, has particulas in Scriptura indifferenter usurpari: in hoc enim cardo quæstionis versatur.

XLVII.

Verisimile esse, ait, aliam i. Cor. 9. & aliam i. Cor. 15. apparitionem à Paulo commemorari: quia etiam diuersi fines sint. Respondeo. Verisimile potius, imò certissimum est, illum ignauū esse Asinum. Nam Caluinus, Gualtherus, & cæteri etiam Sacramentarij magno numero, de ijsdem visionibus & eodem fine accipiunt, ad eundem scopum referunt. Caluinus in Epist. Pauli priore ad Corinth. 9. 15. Gualtherus Homil: 63. & 78. in priorrem

rem ad Cor. Hęc si Afinus legisset, acutam illam distinctionem sibi reseruasset.

Actor. 22. (ait Afinus) Paulus fuit in Ecstasi: ergo non oculis corporeis Christum vidi. Respondeo: Ignauissime, quare adeò negligens es in tuorum scriptis legendis? Bullingerus ait, Petrum Matth. 17. fuisse in Ecstasi: & tamen Zanchius scribit, corporalem fuisse illam visionem, & oculis corporeis perceptam. Quę si vera sunt: quomodo cum tua consequentia concordant? Et si maxime vera esset tua consequentia: tamen quod inde colligis, Afininum est. Sic enim haberet tuū argumentum. Actor. 22. apparuit Dominus Paulo in Ecstasi. Atqui 23. cap. rursus ei apparuit. Ergo rursus in Ecstasi. Respondeo: Ex puris particularibus nihil sequitur: nisi illud, argumentatorem esse Afinum.

Musculum, ait Afinus, non duorum locorum, sed duorum tantum raptuum meminisse: itaq; me calumniatorem esse. Respondeo: Non dicam te calumniatorem, sed pigerrimū Afinum esse. Quare enim non inspexi locum Musculi prius, quam responderes? Aut quare mea corrupcis ac detruncas verba? Musculus enim inquit: In tertium cōlum raptus fuit Paulus, vt videret gloriam Dei, & gloriam regnantis in cōlo Christi: In Paradysum verò, hoc est, in sedem beatorum Spirituum, Patriarcharū, ac Prophetarum: vt non modò quò & ipse post dissolutionem Corporis venturus esset, videret, sed arcaña quædam audiret, &c. Et rursus: Quantum & quale discrimen sit inter tertium cōlum & Paradysum, discutiendum mihi non sumo. Et paulò pōst: Nolim tamen sic inter tertium cōlum & Paradysum coelestem beatorum Spirituum mansionem distinguere, vt eos, qui in paradyso sunt, à Christo separem, cūm ad latronem ille dixerit, Hodie, &c. An verò distincta loca crediderit Musculus tertiu

XLVIII.

XLIX.

cœlum & paradysum, an verò ille yester Afinus ignauis sit: ex his satis manifestum est. Et contra conscientiam Afinū vestrū scribere, id argumento est: cùm hæc postrema Musculi verba ego citassem, & eadem ille nunc in sua responsione repeteret: isthac, [beatorū Spiritu mansio- nem] ille omisit: quia intelligebat, testante conscientia, lectorem ex his ipsis verbis fraudem eius animaduersu- rum.

L. **F**lammas visibiliter in Apostolos delapsas, per Metonymiam (ait) dici S. sanctum: quia externæ speciei tribuatur nomen rei ipsius, quam illa Species repræsentat: nec dici posse, flammas ipsam Spiritus sancti essentiam fuisse. Respondeo: Quemadmodū columbam ipsam Spiritus sancti essentiam esse, nemo dixerit, nisi Afinus: ita neq; flammas. Sed tamen Metonymiam tantum esse, qua nomē solūm Spiritus sancti tribuatur columbae, aut flammas: id Afininum est. Sed dicimus, ipsum Spiritum sanctū, suā essentiā præsentem fuisse columbae & flammis: vt qui viderit has vel illam, verè dicere potuerit, se Spiritū sanctū vidisse. Quod cùm neges: ignauia te ex tuorū scriptis conuincam. Beza enim ait: Spiritum sanctum columbae, quam „ Ioannes viderit Christi capitī illabente, præsentissimum „ fuisse. Et ne dicas, id de virtute vel operatione intelligen- „ dum, alibi inquit: Hoc visibili Symbolo exhibitatam fuisse „ spectandam tūm virtutis, tūm Spiritus, alioqui inuisibi- „ lis, præsentiam.

LI. **P**AULUS scribit, 2. Cor. 12, se habuisse visiones & reuelationes, ait Afinus, & ex eo infert: Videre per visionem, nihil est aliud, quām ideam aliquam absentis sic imprimi & repræsentari siue sensui, siue menti, ac si præsens astaret ob oculos. Acutē sanè, ô Afinus: sed quare adeò deses Afinus es, vt tuorū scripta nō perlustres? Caluini, Gualtheri, Muculi, Zāchij imprimis? Qui, sicut & ceteri, scribit: Quoniam Apostolus ex his visionibus probat resurrectionem Christi à mortuis: Oportuit ergo, inquit Christū VERO SVO CORPORE Paulo apparuisse. Vbi & Gualthe-
rus

rus verba Scripturæ: In hoc apparui, &c. videres iustuni: maiusculis literis scripsit, vt vis eorum obseruari facilimè possit. De quo cùm in Prodromo meo etiam admonerim: nolo pluribus nunc inculcare. O Asinum inertem

AD Patrum testimonia ab Asino citata venio. Hic verò passim aures Asinianæ enormiter fere ostentant, & de testanda ignauia. Interdū enim citat Patres: sed quo libro aut scripto, cù ipse met ignoret, non dicit. Vt pag. 90. Amb. 60. Augustinū. 89. Cyrillum. Interdum citat librum, sed nescit caput aut sermonem, vt pag. 89. Bernhardū in Cant. canticorum. Etsi autem liber ille imperfectus sit: extant tamē hodie sermones 86. in eum librū. Certè decebat Asinum, nisi adeò ignauus esset, inquirere, & annotare caput & sermonem: sed habet eius rei causam, de qua postea dicam. Citat interdum libros qui non extant: vt pag. 53. librū tertium Augustini in Leuit: Atqui August. vnū tantum librum in Leuit: scripsit. Vbi igitur, o Asine, tertium inuenimus? Sic autem res habet. Scripsit Augustinus libros 7. Quæstionū Veteris Testamenti: quorum primo Genesin, secundo Exodū, tertio Leuiticū, quarto Numeros, quinto Deuteronomiū, sexto Iosuam, septimo Iudices explicauit. Ille cùm numerū ternariū alibi vidisset, libros autem Augustini nunquam legisset, pro tertio libro quæstionum Veteris Testamenti, qui est in Leuiticū, citat tertium Augustini librum in Leuiticū. Interdum citat libros & caput, sicut extant: sed si quæres locū, ne verbulum ea de re inuenies. Neq; enim inspexit locum Asinus, sed ex aliquo mendoso exemplari locū descripsit. Sic citat pag. 64. lib. 5. de Ciuitate Dei, cap. 10. Et ibidem lib. 20. contra Faustum cap. 5. Sed de ijs, quæ ab eo dicuntur, nullum ibi iota. Aliquando citat, quæ ad rem non faciunt: vt Augustinum pag. 71. Quod Corpus Christi sit in aliquo certo cœli loco, propter veri Corporis modum. Sic etiam Vigiliū pag. 90. in eandem sententiam. Sed quis negat? Id potius probandum erat, non supereesse ullū alium modū aut rationem, qua per diuinā suam potentiam, Christus, Corpus suū in

LII.

Cœna, aut Ecclesia sua præsens præstare possit. Interdūcitat, ad quæ dudum responsum est, vt Aug. pag. 54. ex cap. 5. lib. 3. de doctrina Christiana. Sic pag. 53. lib. 3. Augustinus contra Maximinum, cap. 22. Ad quæ in hac ipsa velitatione D. Iacobus respondit in Confutatione sua. Ad quæ etiapro ignauia sua tacuerit prorsus; tamen testimonium Augustini denuò profert Afinus. Aliquando citat: sed ea, quæ explicationis gratiâ à Patribus addita sunt, omittit, ne dolus eius deprehendi possit. Ut pag. 64. dictum Hieronymi ad Eusebium: Deum non posse suscitare virginem post ruinam: addit: Hieronymus: quia non vult coronare corruptam. Sic eadē paginâ citat Augustinum, Deum ideo quadam non posse, quia sit omnipotens. Additur autem ibi: Dicitur enim omnipotens faciendo quæ vult, non patiēndo quod non vult. Sic vterq; non ad facultatem principaliter, sed ad voluntatem respicit. De voluntate autem Christi ex verbis institutionis constat: illa igitur non hoc quadrant; ideo ab Afino omessa sunt. Et hæc est causa, quod interdum nec libros nec capita adnotat, ne dolus animaduertatur, cùm non omnibus sit ocium inquirendi. Sic coaceruat aliquot Augustini dicta, ex aliorum centonibus, de Spirituali mandatione: & fatetur Afinus ipse, loqui illa de Spirituali mandatione. De qua cùm nulla pugna sit inter nos: quare nobis illa opponit, nisi vt se Afinum esse doceat, qui Spiritualem & Sacramentalem mandationem confundat: de qua etiam supra. Duo tamen sunt, ad quæ iam respondendum mihi videbatur: Vigilij alterum, alterum Ambrosij testimonium,

L III.

D. Iacobus Orthodoxum Patrem & Martyrem Christi Vigilium, diabolico sarcasmo Dormilium vocavit, inquit Afinus. Respondeo: Si non pœna, sed causa Martyrem facit: nec scio an sic martyr Christi ille dici debebat, de cuius martyrio ita scribitur: Prostabant in valle illa, quæ flumen Sarcham fundit, Saturni æreum Simulachrum,

quod

quod incolæ homines feri & agrestes, magna religione ve-
nerabantur. In hanc itaq; serendi Euangelici seminis gra-
tia profectus Vigilius; Randenam peruenit, ac P R O T I -
N V S in ipsum idolum incidit. Zelo itaq; Dei exæstuans,
Spiritu latus & alacer, Saturnū aggreditur, ac spurcum
idolum dejicit, frangit, & in præterfluentem conicxit.
Mox verò in basim seu fulcrum deie&i idoli residens vir
Dei, verbum Domini illis, qui eius facinoris spectatores
fuerant, prædicare cœpit. Cæterum barbari, & impij ido-
lolatæ, Deum & religionem suam contumelia affectam
putantes, concurrunt; & seruum Christi, animam suam
Patri commendantem, lapidibus sternunt. Ex his iudica-
bunt le&t;ores, quid de martyrio eius hominis statuen-
dum sit, qui securi rem aggressus, quod officij ipsius non
erat, simulachrum demolitus priùs, quām doceat simula-
chrum aut idolum esse.

Quòd verò Afinus ait, esse diabolicum sarcasnum pro
Vigilio Dormilium dici. Respondeo: Id facit eius igna-
tia, si enim in lectione Veteris Testamenti plusculum versatus fuis-
set, legisset sortè Vigilantium à Hieronymo Dormitan-
tium non semel dici.. Nunquid diabolicus Hieronymi
Sarcasmus fuit? Certè quicunq; examen instituerit, di-
ctorum S. Scripturæ à Vigilio citatorum, quām dextrè &
verbo Dei conuenienter produxerit, ille fatebitur vtrò,
Vigilium sæpiuscule dormisse.

Ambrosij testimonium me corrupisse ait Afinus: neq;
enim duorum raptuum meminisse, sed se raptum, bis
dicere. Respondeo: Quomodo ergo suprà dicebas, Af-
ine, Musculum vestrum non duorum locorum, sed duoru-
raptuum meminisse? Num itaq; ille contra sententiam Ve-
tustatis Paulum interpretatus est? Sed videamus non Am-
brosum solum, sed alios etiam ex Antiquitate, vt ignauia
Afini amplius patefiat. Ambrosij verba hæc sunt: Bis se
raptum dicit à Deo, hinc usq; ad tertium cœlum: deinde

LXXXI.

2. Cor. 12.

„ in paradysum cœlestem, in quo latroni dixit Dominus,
 „ quod es futurus cum eo. Certè, si Ambrosius dixisset:
 Bis dicit se raptum, tūm aliquis eset color figurati tui.
 Iam verò cùm dicat: bis raptum: apparet te locum non
 iniexisse, ô iners Asine. Et duplēcē esse raptum, di-
 stributio illa euincit, quā dicit: hinc in tertium cœlum
 vsq; deinde in paradysum cœlestem. Sed vt videatis, Viri
 Sacramentarij, quām ineptè Asinus vester colligat: Hie-
 ronymum & Athanasium audite. Hic enim ait: A tertio
 cœlo (inquit Paulus) in paradysum sum raptus. Ille verò
 scribit: Quia iterum repetit, ostendit aliam fuisse visio-
 nem. Etrursus: Iterando ostendit Apostolus, hunc ra-
 lem hominem, secundò raptum fuisse, semel vsq; ad ter-
 tium cœlum, vbi vident visiones: & semel in paradysum, vbi
 reuelata sunt ei verba ineffabilia. Quòd si isthac non
 ignorasset Asinus, disimulasset facile, quæ mihi per ca-
 lumniam, de Ambrosio affinxit. Sed Asinus est in vn-
 guento.

L V.

Obijcit antilogiam D. Lutheri, de diuersis interpreta-
 tionibus dicti Christi: Caro non prodest quicquam.
 Sed cùm de ea, vt & de alijs pluribus, quæ ille nunc repe-
 tit, non solum in Apologia formulæ Concordiae, sed & in
 refutatione consensus Orthotoxici responsum sit: As-
 num ignauum eò ablegamus, neq; propter eius pigritiam
 eadem subinde inculcare necesse putamus.

Hactenus de supina negligentia & ignauia vestri Asini,
 Viri Sacramentarij. Quod si meum fortè requiretis con-
 silium, respondeo: plagiis etiam Phryges emendantur. Et
 certè Syracides istam rationem vobis monstrat, qui scri-
 bit: cibaria & VIR G A & onus Asino. Quòd si his non
 emendatur: in pistrinum ablegandum censeo, vbi, si ne-
 mini proderit, nec tamen vestra exigitationi obterit,
 sicut hactenus, cùm vos omnium ludibrio ruditate sua &
 ignauia exposuit.

Tertium

Tertium argumentum.

Qui stupidior est quoquis Asino, is meritò Asinus dici debet. Vester ille quoquis Asino est stupidior. Ergo &c.

Probatio Minoris.

Statim in ipso limine Asin⁹ impingit, & titulo libri stupiditatem prodit. Falco enim libri inscriptio est. Verum adeò stupidus est, ut rationem aliquam probabilem eius tituli ne quidem configere possit. Capuam Campaniae vr̃bem Falconiam olim dictam volunt. Sed ratio hæc adfertur: quod falcones, dum locus vrbi quereretur, reperti ibi fuerint. Verum cum toto hoc ipsius scripto etiam diligenter inuestiganti, præter Asinū nihil inuenire licet: Asinaria potius Sacramentarij, sicut Plautiana, quam falco dici debuit. Fortè verā cauſam dicere non audebat, nimirū: Falco, quia sicut ille cæteras aues plerasq; volat transcendit, & superat, sic iste vester, viri Sacramētarij, vos omnes eruditione & iudicio excellit. Atqui vos rationem illam vix atq; ne vix quidem admittetis. Fuerit ergo isthęc: quia viros bonos vncis pedib. comprehēsos lacerat, & famā & existimationē eorū adunco suo rostro lredit & violat.

Nam quod ait: Falconem se emissum, ad capiendū, deplandum, & dilaniandum Cuculum quendam: id valde stolidum est. Neq; enim Falcones in hunc finem aut magno precio emuntur, aut multo labore instituuntur, ut canticos insectentur: Quām ridiculum id esset? sed vt ardeas persecuantur. Neq; vt deplument, aut dilanient: Quāmodo enim ferri istud possit? Sed vt superatas comprehendant & exhibeant, atq; spectatoribus incundum simul & vtile spectaculum præbeant. Verum Asinus vester in caula magis quām in aula versatus, adeò ineptè de his rebus loquitur, vt si non pœna, certè risu & commiseratione, eius rei peritis, dignus videatur.

Si autem omnino hæc eius ratio esse debuit: ille (mea opinione)

opinione) rectius & magis appositè dixisset: Falco Sacramentarius, emissus ad capiendum Christum, atq; certo cœli loco, tanquam auiario, includendū. Aut: Falco Caluinisticus, emissus ad deplumandum Christum omni sua potentia & maiestate. Aut certè: Falco Nestorianus, emissus ad dilaniandum duas Naturas in Christo. Imò vt dicam quod res est, quando de ignauia eius cogito, qua plārumq; ad rem non respondet, sed effugia querit: si omnino auiis esse volebat, Mergum se verius, quam Falconem dixisset. Ille enim aquis innatans, cùm se peti videt, aquis submergitur, neq; vsquam appetet: sic quoq; & ille.

II. **S**imili modo & præfatio Asini vestri, Viri Sacramenta sriji, de stupiditate eius testatur. Quod enim pro Grynnō, qui deferto vadimonio, sese subduxerat, ipse respondeat, hanc causam esse ait: quod indignis modis à me acceptus sit. Atqui tantum semel in scripto meo illius memini: & his quidem verbis: Quæ vero de Bömlero quodam: & prodigiosa eius eruditione narras: hic est ille prorsus indignus modus. Sed aures Sacramentariorum adeò teneræ sunt, vt si non audiant reuerendissimi, clarissimi, excellentissimi, grauissimi & similia, statim offendantur, & indignis modis se accipi existiment. Verum nisi stupidus esset Asinus vester, ista de se ipse nunquam scripsisset.

III. **A**dfert & aliam eius rei rationem: Ne scilicet D. Iacobus iniuriam, qua Senatum Academiæ Basiliensis affecerit, impunè ferat. At quæ est illa iniuria? Petierat ille, inquit Asinus, à Senatu Academiæ Tübingensis, ne pateretur D. Iacobum aliquid moliri aduersus Gryneum: sed repulsam tulit indignam. Respondeo: Quām stupidus est Asinus ille? Esto enim peccatum hac in re fuisse à Senatu Academio Tübingensi prudentissimo: num r̄quum est, vt D. Iacobus eius errorem præstet? O Asine. Deinde quid si in potestate & arbitrio Senatus Academici non fuit? An non

non tu Asinus eris, quia à non causa vt causa argumentaris? Et fuerit etiam in manu eius: quomodo indignam repulsam dicas? Iuris naturalis est: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Postquam igitur, Senatus Academiæ Basiliensis passus est Grynæum moliri pro libidine, aduersus sinceram doctrinam nostram, quæ velit conuitia & calumnias, nec sua interesse, rectè credidit: quomodo indignam repulsam arbitrabitur, si nostri non dissimulanda, sed amolienda conuitia isthæc censuerunt?

I Am his tertia ratio, stolidior superioribus, accedit. Ne, inquit Asinus, contumaciam, qua magistratus sui autoritatem aspernari est ausus, ferat impunè. Concedamus autem tantisper verum esse, quod ille mentitur sceleratè: an non Asinum stolidissimum esse ostendit, argumentando: Theologi Illustrissimi Principis Vuirtembergici sunt contemtores sui magistratus: Ergo Asinus Sacramentarius ex Palatinatu prodire debuit, qui & Principis illius autoritatem vindicet, & contemptæ voluntatis pœnas sumat? An non perinde argumentatur Asinus, ac si dicat: Asinus molitoris Tigurini ignavus est & contumax. Ergo Zanchius iure in eum vindicabit? Certè tanta est illustrissiminostrī Principis pietas, vt nihil hactenus nobis iniungat, quod non vltò facere paratiissimi fuerimus. Tanta est Celsitudinis eius, nescio humanitasne potius, an clementia dicam, vt ad sanctam voluntatem eius, nostram etiam, nostra sponte, conformare gestiamus. Et si quis aspernari autoritatem aut negligere voluntatem Celsitudinis ipsius audeat: crede mihi satis & autoritatis & virium est ipsi, vt cohercere eiusmodi contumaciam possit, nec Asinorum patrocinio indigeat.

A Vdiamus & quartam rationem. Doct. Iacobus præ iracundia non meminit meritorum Reip. Basiliensis, in Duces & populum Vuirtembergicum. Respondeo:

K

Quæ

Quæ sint Reip. Basiliensis in nostros, & vicissim etiam
merita, ea huc nihil pertinent: & quis nisi Afinus stupi-
dus credit, Remp. Basiliensem, nostram litem, suam fa-
& turam esse? Et ut faceret, quod pro prudentia ipsius for-
tè in mentem ei nunquam venit: num propterea proden-
da veritas, negligenda gloria diuini nominis, & pluri-
morum salus? Si Afinus potius meminisset doctrinæ Ve-
tustatis, quam meritorum Reip. Basiliensis, rectius sibi
consuluisse. Augustinus inquit: Non præponderare
debet amor religioni, non fidei, non charitati multo-
rum. Ecce Afine. Hieronymus ait: in suspicione hære-
seos nolo quenquam patientem esse, ne apud eos qui
ignorant innocentiam eius, dissimulatio conscientia iu-
dicetur, si taceat. Chrysostomus scribit: Nostras iniu-
rias ab impijs illatas siue dicto siue facto, magnanimitter
sustinere discamus: Dei autem iniurias & contemnum
ne quidem ad auditum vsq; sufferre. Quoniam in pro-
prijs iniurijs, patientem quempiam esse, laudabile est: in-
iurias autem Dei dissimulare, nimis est impium. Vetu-
stum igitur illud tibi, Afine, respondeo. Amicus vtiq;
Plato, amicus & Socrates, sed magis amica veritas.

Quam bonam, inquit Afinus, gratiam inieritis apud
hæredes Illustrissimi Marchionis Badensis, quod no-
mina eorum Formulae Concordiae (Vbi quitariam vocat
Auritus) inferuistis: vos non amplius latere arbitror. Re-
spondeo: Ego autem stoliditatem tuam neminem ampli-
us latere arbitror. Quæ enim & tum fuerit, & hodie sit
istorum Principum Confessio: ex eo satis manifestum
esse puto: quod singulari clementia suscepisse & suscep-
re, fouisse liberaliter, & fouere eos constat, quos Sym-
pathia Caluiniana & charitas Sacramentaria, etiam con-
tra ius & fas, suis sedibus expulit.

IVRAMENTUM adeò sincerè & constanter feruauit Gry-
næus,

Nexus, inquit Asinus, vt autor nostris extiterit, vt Augustana Confessio publicè in Academia Heidelbergensi explicaretur. Respondeo: Est oppidum quoddam Alsatiæ, Pontificia religionis: eius Sacrihculus Augustanam Confessionem pro concione publica explicauit: Ergo ex hypothesi Asinina doctrinam Augustanæ Confessionis sincerè & constanter tradidit. Pontificij, Sacramentarij, & fanatici cæteri, in Scholis & templis retincent, & tractant Euangelia, verba institutionis, Epistolas Pauli. Ergo doctrinam Euangelij, & Sacramentorum constanter & sincerè tradunt. O stupidos Asinos. Et dicat ille: aut enim veram & genuinam sententiam illius tradunt, qui explicant illam: aut ad sua somnia perperam detorquent & calumniantur. Si prius: quomodo conuenit illis cum cæteris, qui aiunt, se illi subscribere non posse: suam enim, hoc est, Sacramentariam doctrinam, non obscurè in ea condemnari? Si posterius: quomodo constanter? Quomodo sincerè?

CApennitas nos esse ita probat: Quibus est idem instrumentum & subiectum, illis idem est modus agendi. Ratio: quia illa duo modum agendi determinant. Vobis, inquit Asinus, est idem subiectum & instrumentum cum Capernaitis. Ergo. Respondeo: Sacramentarijs cum porcis & Asinis, si his obijciatur panis, est idem instrumentum & subiectum. Ergo prorsus eodem modo edunt Sacramentarij, quo porci illorum & Asini.

VIII.

SVbtristem se fuisse Tubingæ, dixerat Grynæus, si quando audiret magnos viros (Sacramentarios) hostiliter perstringi. Respondi ego, id argumento esse, illum à Sacramentarijs etiam tum non fuisse animo alieno. Ad illud respondeat Asinus: omnem sensim & humanitatem nos exuisse, in Stoicos nos mutatos: petit, vt Christianam illam Sympathiam Sacramentarijs relinquamus

IX.

& leuitatem non nominemus. Respondeo: Video ego Asinum non sensum solum, sed omnem etiam rationem & iudicium exuisse, hoc est, verè Asinum esse. Suprà enim dixit, esse dicta severiora, ex animo candido & gemina charitate profecta, salutis & conuersionis cupida. Ergo nunc non in Stoicum, sed stolidum Asinum commutatus est, vt qui de hostili animo ista interpretur. Certè si ho- diè à mortuis resurgerent Cerinthus & Marciò: quām bo- nani gratiam apud eos iniret iners vester Asinus, contra Stoicos illos Ioannem Apostolū & Polycarpum, qui om- nem sensum, scilicet, exuerunt? Sed si tantum & tam gran- de peccatum est, verbis perstringere hæreticos: quid fieri de illis, qui non verba, sed gladios in eos stringunt, etiam si errores renocent, ne scilicet ad vomitum redeant? Ni- mirum, ferendi, non inclamandi sunt lupi in gregem Do- mini saeuientes, vt caueri possint: sed vt canibus mutis fraudulenter nobis versandum in opere & vinea Domini, vt Sacramentarijs placet.

x.

Dixeram Grynæum contra conscientiam, Brentio F. literis adulatum, dum per ipsum, Patri commendari vellet: qui tamen simul tacite & in Sacramentarij amiciam se insinuaret. Respondet Afinus: non posse nos hoc argumento Grynæum in Leuitatis suspicionem ad- ducre, quandoquidem & Brentius Maior, cùm adhuc Basileæ in statu exinanitionis esset, nec rapinam duceret æqualem esse Princibus huius mundi, ad Calvinum li- teras dederit humanitatis plenas. Respondeo: Adeò stu- pidus est Afinus, vt non intelligat quid dicatur. Neq; enim hoc agitur, an liceat dare literas inuicem etiam hu- manitatis plenas: hypocrisis accusatur, quod petit se commendari Brentio Patri, cùm tamen simul & ipsum & doctrinam eius odisset, vt qui clam cum Sacramentarijs colluderet. Ostendat antem Afinus, D. Brentium, etiam in exilio, petiisse apud Sacramentarios docendi locum, si- ue in

de in Schola sive in templo. Hoc est quod volebam Asine
stupidiissime.

Questiu ex Grynæo: si tantopere, ut nunc quidem scribit, ipsi displicuerit definitio unionis Personalis, Theologorum Tubingensium, & confusio Articulorum fidei: (sic enim ille ex Charitate gemina caluniatur) quare eam publica disputatione, pro consequendo summo gradu, defendenter, & postea etiam testimonium istud petierit, & gradum consecutus sit? an non istud argumentum insignis sit levitatis? Asinus stupidissimus Questionem non intelligit, ideoq; rudit: Fatetur Grynæus, à se factum imprudenter, quod à te, homine infami gradum Doctoratus petierit. Respondeo: Quod D. Iacobus à famoso Asino, infamis dicitur, infamis hominis conuitum esse iudicat. Cur verò Asinus vester non ad rem respondet? Neq; enim à quo, sed qua fronte & conscientia summum gradum petierit & acceperit, id queritur: malam fidem, inquam, & neglectum conscientia stimulum, Asine, accusamus. Sed Asinus esuriens, aiunt, susteni negligit.

Grynæum, ait Asinus, posquam animaduertisset, D. Iacobum Theses suas neq; cominùs neq; eminùs defendere potuisse: ideo ad Sacramentarios defecisse. Respondeo: Stupidus es, & ad rem non respondes Asine. Dixi enim, illum post disputationem, summi gradus testimonium petijisse, iuramentum præstitisse, postea aliunde de consensu suo sua manu testatum esse, locum Professoris in Schola Tubingensi exoptasse, & similia: ad ista respondendum, ista cum tuo illo responso siolido concilianda erant, Asine. Qui surdus adeo es, cui aures sunt tam patulae?

Capite de Basi doctrinæ Sacramentariæ de Cœna Domini, ait: verba institutionis esse fundamenta & basis adamanti-

xii

xiii

xiv

„ sin adamantinam suæ sententiæ. Deinde autem eodem capitulo
 „ pite sub fine illius contendit, cùm de vero & genuino
 „ sensu verborum institutionis inter nos queratur, nihil ex
 „ illis probari posse, nec pro argumento (multò ergo mi-
 „ nus pro fundamento) assumenda esse. Asine, quid est
 stupiditas, quid vertigo, si hæc non est?

XIII.

PEDUM strepitu D. D. Marbachium petitum & ex-
 ploratum, Asinus fabulatur. Respondeo: Id si verum
 est, quare Grynæus indignabundus conquestus est: Hæc
 non sunt digna strepitu. Quare Dominus Baro voluit,
 vt D. D. Marbachius suis interdiceret, ne strepitu eius-
 modi vterentur: num quod tanti facerent autoritatem
 D. D. Marbachij? Scilicet. Sed & ipsi studiosi affixa-
 scheda loco publico significarunt, quenam explosione di-
 gnum propter eruditas solutiones iudicarint, cùm inter
 alia de Grynæo dixissent: Non Theologi, sed sophistæ
 partes eum egregiè sustinuisse, Principia Philosophica &
 Theologica impudenter negasse, scopum controversiarum
 dedita opera declinasse, nihil ad rem respondisse, semel
 concessa mox reuocasse, & vt elaberetur, cœlum terræ mi-
 scuisse: eum se pedibus explodere voluisse. Tanta tamen
 est animalis huius stupiditas, vt D. Marbachiu à suis con-
 temptum scribere ausit. O Bröticum ingenium.

XIV.

LITERAS D. Iacobi ad Senatum Academicum Basiliense
 sem calumniatrices appellat: & tamen eodem loco
 fatetur eas nec acceptas, nec resignatas, sed autori resti-
 turas. Respondeo: Vnde ergo constat Asino tam certò,
 de earum argumento, vt publicè de summa earum decla-
 mit, calumniatrices vocans? O vertiginosum, ô stolidum Asinum.

XV.

BIDEMBACHIUM, qui postea Bebenhusij obierit, cum su-
 is tantū periculū Cancellario Ohemio creasse ait, apud
 Illustrissimum Electorem (Ludouicum p. m.) vt, nisi De-
 us

us miribili ratione fortissimum hunc virum liberasset,
Hydaspen vix effugisset. Respondeo: Quæ Asinus hic
commemorat, facta sunt sub annum 76. & 77. Bidembachius
verò, cuius Asinus hic meminit, à Domino euocatus
fuerat, sub initium anni 71. Sequitur ergo, Bidembachium
illum, post sextum annum obitus sui capitale periculum
creasse Heidelbergensi Cancellario. O insulsum, ô stupi-
dum, ô temerarium Asinum.

Crimen falsi admisum in Palinodia Berengarij citan-
da, cùm penitus negare non ausit: mirifice sese, vt ex-
cuset, torquet. Primo ait, eum qui decretum Iphonis edi-
derit, scribere, multa depravatè citata esse in decreto
Gratiani, quæ ex Iphonis decreto restituenda sint. Re-
pondeo: Quid si Asini mortes commemoret Asinus.
Quare enim non dicit, quis sit ille, qui decretum Iphonis
edidit? Neq; enim mirum, illum suū laborem commen-
dasse, vt facilius cintorem iqueniret. Deinde esto, quale
est arguinentum? Quædam in Gratiani decreto corru-
pta sunt. Palinodia Berengarij est in decreto Gratiani.
Ergo quoq; corrupta est. Nego consequentiam: ratio est,
quia in prima & secunda figura Maior semper sit vniuer-
salis.

Deinde Guitmündum & Lanfrancum in subsidiū vo-
cat, qui aliter légerint, quām decretum Gratiani habeat.
Respondeo: Quare non assignat Asinus locum, aut recitat
eorum verba? Sed esto illud etiam, tamen Asinum tondes
mi Asele: quid enim ad nos? De Gratiani decreto cōten-
dimus: istud à nobis citatum fuerat, quod vos corrupisse,
vti ostendimus, ita negare, vtcunq; impudentissimus Asin-
us sit, non audet. Certè Beza, & Caluinus ipse, aliquoties
citârunt verba Palinodiæ ex Gratiani decreto: nec de cor-
rupto libro, aut Guitmundi vel Lanfranci lectione, quic-
quam prætenderunt. Sed hic est Asini fucus & effugium.

Obiectum Grynæo fuit, vocem blasphemam esse, qua
dixerat, nos ex Sacramento totidem idola facere.
Negarat

XVII.

XVIII.

Negārat ille, & diabolicam verborum suorum interpretationem esse dixerat: ego eum ex Apologia blasphemia conuici. Cūm igitur Asinus nec negare nec excusare pos-
 sit, tantam hæc respondet: Leuicula sunt ista, quibus Vbi-
 quitas ocio abundans sese oblectat, sed valeant. Et quod
 addideram ex Epistola 70. Beza, qui ex animo candido
 & gemina Charitate, scriperat de nostris: Eum esse Zelū
 nostrum, vt scortatores, ebriosos, foeneratores, quo suis
 deniq; quantumuis dissolutæ vita homines, nostri s̄apē si-
 miles, ad Cœnam admittamus: egregiè dissimulat. Scili-
 ciet, Viri Sacramentarij, res leuicula est. Idolatria: res
 leuiculae sunt scortatio, ebrietas, vita dissoluta: res leui-
 cula est, & hos ad Cœnam Domini admittere. Imò vero
 Asinus non leuiculus, sed leuissimus est, qui ista sic cre-
 dit, leuissimus, qui de nobis ista scribit.

xix.

A Sinus stupidus ostensurus, quid & quantum inter sit,
 scilicet, inter has propositiones: Panis est Corpus
 Christi: & In pane, vel cum pane est Corpus Christi: ait,
 priorem propositionem ostendere, quid sit panis in Cœ-
 na, posteriorem verò indicare, vbinam sit Corpus Christi.
 Et addit: putasne te posse ad hæc etiam respondere? Re-
 spondeo: Putat Asinus argumentum esse adeo firmum, vt
 dissoluī nequeat? Sed, aut ille stolidus est, & sententiam
 nostram non intelligit: aut certè doctrinam de prædica-
 mentis ignorat. Nam localem præsentiam nunquam
 probauimus. Atqui prædicamentum, Vbi, locum deno-
 tat. Quomodo ergo in pane aut cum pane idem nobis si-
 gnificaret, atq; in loco eodem panis? Et vt stupiditatem
 intelligatis, Viri Sacramentarij: Quicquid in loco est, aut
 in eo est naturaliter, aut violenter. At Corpus Christi
 neq; naturaliter neq; violenter est in pane. Ergo non in
 eo, vt in loco, est: Minorem probo: non naturaliter, quia
 non quatenus graue aut leue est, vt in corporibus natura-
 libus, sed propter verbum & promissionem: multò verò

minus violenter, sed potius Sacramentaliter. Ergo non iudicat vbi sit, si dicamus: in, cum, vel sub pane. Sed quid de his cum Asino? Cùm non temerè dictū sit, Asini caudam non facere cibrum.

Conquestus fuerat Grynæus: transubstantiationem sibi & suis à nobis tribui. Ego istud negaui: quomodo enim transubstantiationem statuerent, qui præter nuda Symbola nihil in Cœna distribui fabulentur? Hic Asinus vtroq; calce in me fertur: Impudens, inquit, calumnia est: ostende eius rei vel apicem tantum, & te calumniatum non esse docebis. Respondeo: Quām stupidus est Asinus? Responsione me a decem testimonij ex Sacramentariorum libris desumptis illud ostendi: videatur pag. 125. Et quia apicem tantum petit: Ecce tibi sententiam Cingili integrum: [Quod ad rei substantiam attinet, (ait ille) præter panem & vinum non adest quicquam.] Si ergo non sunt nuda signa: dic quid præter illa adest: & si quicquam præterea adest, quomodo non arguitur mendacij Cinglius, qui ait, non adest quicquam præterea?

xx.

NEq; transubstantiationem ipsis tribuimus. Sed de media via locuti cùm essemus, vtriusq; extremorum mentio facienda fuit: fore scilicet, si media via ingrediantur, vt neq; in nuda signa, & Metonymiam, neq; in transubstantiationem, tanquam alterum extremū, impingant: nisi forte putent impossibile, ex substantiatore transubstantiationem fieri posse.

xxi.

NEgat nuda signa in Cœna distribui. Verūm, viri Sacramentarij, si in Cœna nulla est corporis nostri actio, nisi accipere nuda Symbola: & si præter ea non adest quicquam: quomodo negatur, nuda signa distribui? Infert quidem ille: Fidei tamen actionem non tollimus. Respondeo: Neq; nos: sed tamen non confundimus actiones discrepantes, cùm Sacramentarij ipsi doctiores,

xxii.

inter fidei manductionem, & Sacramentalem, distinguendum doceant.

XXIII.

Coenam Domini Cyclopicam à suis dictam negat. Sed cùm non ignoret, conuinci ipsorum, Beza præsttim, verbis posse, sic eludere conatur: De ijs, inquit, locuti sunt, qui Corpus Christi sensualiter dentibus atteri, & in ventrem traiici docent. Respondeo: Quàm stupidus est Afinus, qui putat calumniam posse tegi aut excusari per mendacium. Ostendat ille, quis istud docuerit. Quod cùm nunquam possit: an non ludū ludo, hoc est, calumniam calunniæ, & mendacium mendacio accumulat?

XXIII.

Cinglius, vt suprà memini, scriperat: quòd ad rei substantiam, præter Symbola panis & vini, non adesse in Cœna quicquam amplius. Id Afinus sic emollire conatur: opposuisse Cingulum ista verba transubstantiatoribus & consubstantiatoribus. Respondeo: Esto sanè: Nunquid igitur insiciaberis, hanc eius fuisse mentem & sententiam de vera præsentia Corporis & Sanguinis Christi in Cœna? Nunquid contra conscientiam, falsum vero opposuit? Et vt videatis, non aliquo calore contendi, cuius eum deinceps paenituerit, ista scriptisse, alibi inquit: Colligimus Paulum in Cœna hac non quicquam aliud, quàm panem substantialiter manducari credidisse. Ecce hæc non de consubstantiatoribus, sed de Paulo & Scriptura ille locutus est: atq; sic Afini vestri colorem penitus inducit.

XXV.

Luthero, ait Afinus, ignotum fuisse triplex illud genus prædicationum: itaq; aut omnino eum non intellexisse doctrinam de Sacrementis, aut certe ex parte saltem. Respondeo: Quasi verò liber Dialecticus Melanchthonis post Lutheri demum obitum excusus esset? Et quomodo Lutherus libellum illum alijs potuit commendare?
Deinde,

Deinde, si Asinus legisset disputationem Lutheri de prædicatione Identica, didicisset ex ea, Lutherum differentiam prædicationum non prorsus ignorasse. Et esto, Lutherus illud triplex genus prædicationum non intellexerit: num idcirco nec doctrinam de Sacramentis? Proba ergo tu, mi Aſelle, Paulum & cæteros etiam Apostolos, cùm Corinthijs & alijs suis auditoribus doctrinam de Sacramentis traderent, anne triplex illud vel duplex tantum genus prædicationum vel intellexerint ipſi, vel suis hoc modo explicuerint. Id si non possis: sequitur ex hypothesi tua Aſinina, tantum abesse, vt doctrinam de Sacramentis, alijs rectè tradiderint Apostoli, vt ipsimet eam, aut omnino non, aut saltē ex parte intellexerint. Ecce stoliditatem Aſini, qui nihil admitti in Theologia posse putat, niſi ad præcepta artium & leges Philosophicas accomodetur.

Dixeram, Sacramentarios non posse verba Institutio-
nis pro basi & fundamento sui dogmatis habere. Illa
enim dicere, panem Corpus Christi esse: Sacramentarios
autem docere, panem significare Corpus Christi. Rudit
ergo Aſinus, me collocare insidias vniuersæ Ecclesiæ: quia
non distinguam esse substantiale, ab esse relatiuo & ana-
logico.. Respondeo: Vos vero, Viri Sacramentarij, pro-
cul dubio agnoscitis, vos stupidum Aſinum collocasse
Ecclesiæ Dei. Primò enim sumit, quod est in controuer-
ſia. Neq; enim vñquam concessimus, Sacmentum esse
in prædicamento relationis. Et Aſinus, vt suprà ostendi,
argumentum meum dissoluere non potuit. Deinde po-
namus ita esse: an non confirmat Aſinus ſtolidus idipſum,
quod ego dixeram? Nam si relatio tantum est inter pa- «
nem cœnæ & Corpus Christi: non magis panis erit Cor- «
pus Christi, quām Pater fit filius, aut Dominus fit seruus, «
aut limes ager. Cūm tamen non alterū, fit alterum, vel Sa- «
cramentali vel vlo alio modo: sed tantū respectus quidam «

XXVI.

inter illa sit. Imò, si esse non est aliud, quām analogicum certè inter quatuor & octo etiam analogia quædam & proportio est, dupla videlicet. Ergo aut Afinum vel trum ego non satis intelligo: aut panis sic erit Corpus Christi, quemadmodum quatuor sunt octo. Ostendata autem nobis Afinus, ex doctrina Christi, aut Apostolorum, aut primitiæ etiam Ecclesiæ, has phrases & interpretationem: Panis non est Corpus Christi, nisi relativè & analogicè, vel secundum aliquem respectum. Id si non possemus doctrinam Sacramentariorum neq; relationem aliquam, neq; analogiam, neq; respectu aliquem vel cum Scriptura, vel cum Antiquitate habere.

XXVII.

Christum fidei obiectum esse, negare quidem non audet: id enim quām crassum esset. Attamen qua est stupiditate, restringit ad alteram tantum & diuinam Naturam: & Christum secundum utramque Naturam obiectum fidei dici, ait Nestorianum esse. Respondeo: Quæ autem isthac vertigo est? Christus enim non Naturæ nomen est, sed personæ: quod etiam Sacramentarij non diffitentur. Si itaque Christus fidei obiectum est: non altera tantum Natura, sed persona illa, duabus Naturis constans, fidei obiectum erit. Deinde, Afinus per stupiditatem articulos fidei oblitus est. Neque enim in solum Dei unigenitum, sed & Mariae filium sub Pontio Pilato passum, crucifixum, mortuum & sepultum, credimus. Nisi forte putet Afinus, ista propriè de sola ditrina Natura accipienda. Nestorianum itaque fuerit Symbolum Apostolicum? Et quæ hæc est stoliditas? Præterea, annon Christus fidei obiectum est, ut mediator noster? Nisi forte in Mediatrixem potius, quam in Mediatorem, eam respicere existimet. At qui non tantum ut Deus, sed etiam ut homo, & ita secundum utramque Naturam mediator noster est. Sic Scriptura: Vnus est Deus & unus Mediator Dei & hominum Homo Christus Iesus. Sic Grynæus: Christus Mediator est utriusque Naturæ respectu.

spectu: neutra enim Natura sola mediatrix est. Sic Zanchius: Christus Mediator fuit non tantum quā homo, sed etiam quā Deus. Sequitur ergo, aut Christū non esse Mediátorem nostrum, aut certè secundum vtramq; Naturam fidei nostræ obiectū esse. Et quomodo consentit ille cum suis, qui in consensu Orthotoxicō scribunt: De adoratiōnis cultu, qui Christo secundum vtranq; Naturam, &c. exhibetur? Aut ergo ostendat nobis Asinus fraudem suorum, his verbis commissām: aut fateatur, se ista neq; legis-
se vñquam, neq; intelligere..

Tamen qua est stoliditate Asinus, putat se nobis persuadere posse, eandem fuisse Cyrilli etiam sententiam. Atqui vix quisquam ex omni Vetusitate adorationem Christi, secundū vtramq; Naturam, maiori perspicuitate docuit, quam illē ipse. Sicenim Epistola 10.. Non alter simul cum altero adoratur, sed unus Christus Iesus, vna adoratione propria cum carne adoratur. Etrursus: Pro priam enim illam (carnem) sibi fecit, & in ipsa, & cum ipsa adoratur: unus enim ex ambobus Christus est. Et rursus: "Cap. I. Ioan,
De regia fide Si quis dicat, inadorabilem Domini nostri carnem ut ho- "ad Reg.
minis, & non adorandam ut Domini & Dei carnem: hunc anathematizat sancta & Catholica Ecclesia. Ecce stupidū Asinum, qui audet Cyrillo tribuere errorem, quem ille anathemate dignum iudicat. Et certè hic ipsis locus, quem citat Asinus, nihil aliud vult, quam Christum non solum ut Deum, sed etiam ut hominem adorandum. Non recte dicunt; ait Cyrus, qui sapere volunt, quod in SOLVM credamus Verbum, neq; tanquam in VNVM nobis similem, neq; etiam in hominem (scilicet Solum) tendit fides. Huius explicationis, & sic sui interpres est Cyrus ipse. Etenim lib. 5. Dialog. de S. Trinit. scribit: Nam cùm fides non sit simpliciter in hominem, sed in Dei Naturam &c. ubi etiam ad Dei Naturam fidem respicere ait, sed non solam, sicut nec in hominem solū, sed in vtramq; Naturam.

XXVIII

Similiter de recta fide ad Reg. inquit : Omnem fideiter-
minum in Christi Persona (ecce in Christi Persona ait,
non in alterâ tantum Natura) præstitutum esse.

xxix.

Augustini quoddam dictum, ne eadem toties repe-
tenda essent, in refutat: Consensus Orthotoxici, con-
futatum esse dixeram. Rudit ad aliud Asinus: Adeò sibi
cavere potest And. Respondeo: Quare non itidem sibi
cavet Asinus? Duplex enim eius hinc appetit stoliditas. 1.
Putat pulchrum, eandem cantilenam subinde repetere, &
cum Cuculis Sacramentarijs coccyfare. 2. Quod ipse sibi
sumit, hoc eodem scripto : id reprehendere conatur in
alijs. Cum enim pag. 117. & 118. responsionis meæ ad Apol.
recitassem octo testimonia Vetusatis: ille ne ad vñ qui-
dem respondet, sed tantum (ait) loca illa me iuuare,
quantum sol æstiuus niuem aut butyrum. Deinde, cum
de his ipsis (ait de se Asinus) in nostro Elencho disputa-
uerimus à pag. 71. vsq; ad 78. non necesse est eadem hoc
loco repetere, itaq; lectorem eò remittere non dubita-
mus. Adeò sibi cavere potest Asinus. Et tamen cum pa-
ginas illas inspicias: et si ea quæ de substanciali præsentia
loquuntur, attigit: de ijs tamen quæ de manducatione in-
dignorum ex Augustino, Bernardo, Gregorio M. addu-
xi, nullum verbum inuenias. Hoc nimurum est sibi egre-
giè cavere, ad librum ablegare, qui nihil horum habeat:
ni si quod sperat, vix quenquam adeò futurum stupidum,
vt aliquid temporis in lectione nugarum ipsius collocar-
turus sit.

xxx.

Obicerat Grynæus, nos Spiritualem præsentiam ne-
gare, & tamen scribere, esse diuinam, supernatura-
lem, & cœlestem: quasi verò (dixerat ille) modus Spiritu-
alis differat à diuino & cœlesti? Respondi ego: illum non
intelligere discriminem inter esse rei, & essendi modum. Et si
autem id non diffiteatur, sicuti sequens calumnia testabi-
tur:

tur: tamen ait, simul me, silentio meo , contradictionem agnoscere. O stolidum Asellum. Si de ipsa præsentia sermo sit , dicimus esse corporalem , non spiritualem , hoc est, quod Christus verè suo Corpore præsens sit cum pane, non tantum fidei præsentia. Si verò de modo quæritur præsentiae: dicimus esse cœlestem, supernaturalem & ineffabilem. Sed Asini ista non intelligunt: ideo qua sunt stupiditate , contradictionia illis videntur.

ATqui, inquit Asinus ad me, tuum erat, si quidem tantum cerebri habes, probare, te non simul ipsum esse rei, & essendi modum exprimere. Respondeo: Quantum cerebri tibi sit Asine, vel hoc ipsum testatur. Dixerat enim D. Iacobus, & Grynaeus etiam repetierat: cuius modum, modum, Aselle, modum sola fides intelligit. Si hoc non est modum exprimere perspicuè: quid tandem satis perspicuè dicere poterimus, quod Asini stupidi intelligent?

xxxx

NON ideo vacua signa sunt (inquit Asinus) sigilla literis appensa, etiam res ipsa non sit localiter ijs contenta. Respondeo: O stupidum Asinum. Nam quis unquam dixit, rem ipsam signis externis localiter contineri? Ne tu Asine intelligendo facis, vt nihil intelligas. Deinde, cogita quanta sit utriusq; dissimilitudo. Literæ & sigilla non promittunt, multò verò minus offerunt rem ipsam, hoc est, præsentem pecuniam: sed tantum testantur de debito. Imò, quia rem ipsam non offerunt, ideo fatentur debitum. Nec literis aut sigillis opus esset, si res ipsa præsens contineretur. Sed verbum Christi cum signis S. Cœnæ, etiam rem ipsam, hoc est, Corpus & Sanguinem Christi promittit, & præsentia offert: Accipite, edite, hoc est Corpus meum. Quomodo ergo utriusq; esset par ratio? Et vt retorqueam simile tuum: si quis sanctâ fide satisfactionem debiti, & in solutionem eius præsentem pecuniam, in certum diem promitteret:

xxxiiii

deinde

deinde verò, eo die literas tantum adferret sigillis munis-
tas, anne sic liberaasset fidem suam? An non creditor im-
postorem hunc diceret, qui pro rebus, hoc est, pecunia
debita, & expressis verbis promissa, nil nisi literas, & nu-
da verba adferret? Hoc re vera esset verba dare.

XXXIII. **D**ixeram, qui Christum omnipræsentem fatetur, non
negare carnem etiam eius omnipræsentem, cùm ca-
ro Christi ad constituantem Personam eius necessariò re-
quiratur. Rudit ille: Multa de toto dici, quæ tamen non
singulis partibus conueniant. Sic hominem mortalem
dici, cùm tamen anima sine magno errore mortalis dici
non possit: ideo me sensu communi orbatus esse, ait. Re-
spondeo: Si Asinus non omni sensu orbatus est, dicat mihi, an totum alicubi sit, vbi non sint omnes partes eius?
Aut ut reddam ipsi similitudinem: an homo alicubi esse
possit, aut sine corpore, aut sine anima, vt tamen homo,
totum illud, ibi esse verè dici possit? Neq; enim alicubi
totum esse potest, sine partibus suis substantialibus, præ-
sertim illud totum, cuius partes (vt sic loqui liceat) in
æternum separari non possunt, vt duæ Naturæ in Personæ
Christi. Ille itaq; sensu regulæ Dialecticæ orbatus est, qua
dicitur: Ex puris particularib; nihil sequitur. Sic enim ar-
gumentatur: In multis rebus, vbi non de substantia rei,
sed qualitatibus quibusdam agitur, tribuitur toti quod
non conuenit omnibus eius partibus. Christus est quod-
dam totum ex Verbo & carne subsistens. Ergo potest ei
tribui, quod sit alicubi, etiam si caro eius non sit ibi.

XXXIV. **C**Ruciatus & supplicia (ait de me Asinus) quæ Galli,
Belgæ, & Vngariam multos annos tulerunt, te non
modò ad commiserationem non alliciunt, sed etiam ini-
quum Lysandri gladium obijciendi occasionem præbent.
Respondeo: Quod Asinus, qua est stupiditate, non intel-
ligit, quibus & quo nomine Lysandri gladium obiecerim:
id mea

Id mea non refert: puto candidum lectorem meam mentem satis affectum. Quod autem mentitur, nulla nos commiseratione niueri, sed insuper etiam insultare: id gratitudinis Sacramentaria argumentum est, cum Principes nostri non solum verbis, hoc est, intercessionibus, sed re ipsa, hoc est liberalibus eleemosynis ipsos adiuuerint, exiliū scriptis Epistolis lenierint. Et si scire vultis, Viri Sacramentarij, quis vestros homines cruento Ly sandri gladio obijciat, dicam. Sunt quidam, quorum verba & res, *Sacramentarij* hoc est, scripta & exempla docent, in hæreticos gladio *sic docent*. animaduertendum. Hac Maiore concessa: infertur ab alijs Minor: Sacramentarij sunt hæretici. Hinc sequitur conclusio: Ergo gladio in eos est animaduertendum. Iam dicite, quis porrigit hostibus Euangelij gladium, ut vestros iugulent.

Christum non velle nobis Corpus suum in Cœna rea-
liter exhibere præsens, dixerant Sacramentarij, quia non plus velit, quam præstare possit. Respondi ego: Ergo non de voluntate, sed facultate & omnipotentia Dei litem nobis moueri, quod scilicet non possit id præstare, ideo nec promiserit. Ad isthac respondet Asinus: Quid ergo restat, quam vt dicas, Christum plus velle, quam præsta-“
re possit. Respondeo: Non hoc dico, sed illud: te plus conari, & alijs de te ipso polliceri, quam possis præstare. Neque enim Asine stupidiissime, hic status noster est: sed hoc queritur, an non omnipotentiam Dei in dubium voctis, dum scribitis: Deū non posse id præstare? Ex eo etiam perspicuum esse, quod nihil tale promiserit. Ad istud respondendum erat Asino, si per vertiginem, qua laborat, potuisset intelligere, quid potissimum in quæstione esset. Sed Bæoticæ aures ista non admittunt.

Formauerat Grynæus duo argumenta de eadem re.
Prius in fraudem nostram valde absurdum, & nostrū esse

xxxv.

xxxvi.

esse dixerat: alterum recte proposuerat, & addiderat: *Sic* formasset argumentum suum Schmidelintis. Respondit prius argumentum nostrum nequaquam esse: posterius autem me pro nostro agnoscere: illud, si posset, euertet. *Quid* verò Asinus? Suam stupiditatem multis nominibus ostendit. Primò (ait de me) conqueritur, Grynæum non bona forma assumisse argumentum ipsius: interim quæ de re ipsa dicta sunt, dissimulat. Respondeo: Stolidissime, cùm argumentum id meum non sit: quid ad me attinet? Respondeat ille, si quis est, cuius interest. Deinde, inquit Asinus de me: Ita tremit, ut argumentū suum formare aut assumere nec ausit nec possit. Respondeo: Quād stupidus est Asinus ille: an non dixi posterius argumentū in ea forma, qua ppositū fuerat, me pro nostro agnoscere? *Quid* igitur aliud formarem Asine? Tandem se recollens, inquit de me Asinus, fatetur recte formatum suum argumentum à Grynæo, & ad illud sibi responderi petit. Respondeo: Non loquor ego aliud & aliud: ideo, quia stolidus Asinus es: de posteriori dixi, & repeto, pro nostro arguento me agnoscere, id quod tu ad prius refers, quod nec tum nec etiamnum pro nostro acceptamus. O ingenium, quo quis pistillo retusius.

XXXVII.

Inclitus Senatus Academiæ Basiliensis, à me, si Asino credimus, ridetur, mulis sese mutuò scabentibus confertur, falsi testimonij Grynæo exhibiti insinulatur, de rebus sibi ignotis pronunciare accusatur. Hactenus Aselli ruderat. Respondeo: Dixerat Grynæus, mendaciu esse, quod præceptores vlo vnquam contumelioso verbo pro lectionibus publicis impetrerit: & opponere se testimoniu Academiæ Basiliensis. Respondi ego: testimonium illud nihil aliud dicere, quād de eo sibi minimè constare: quod etiā credibile sit. Cū enim Senatus lectiones ipsius non auerterit: quomodo constare possit? Et hoc est accusare Señatum Academicu, quod de rebus ignotis pronunciari.

O Vertus

Overtiginosum Afinum. Deinde dixi, ne frustra me vrg-
eret illo testimonio, cui ipse met omnem fidem deroga-
ret. Quod enim illud, Præceptorem ipsius, D. Iacobū, vi-
rum clarissimum: ille Proteum, Momum, Volaterranum,
à Musis & Gratijs, virtute & pietate alienum, diceret.
Quod illud huac, tantum Theologum: ille hominem te-
tricum, indoctum & caballū Cumanum, atq; ferulis sub-
iiciendum appellaret. Et hoc est Senatum falsi testimonij
insimulare? Sed quæ hæc est stupiditas? Præterea dixeram,
ne superbiret illo testimonio. Neq; enim ignotū esse, quid
testibus domesticis tribuendum sit: quod adeò constet in-
ter omnes, vt etiam proverbiali sermone dicantur, mutuo
muli scabere. Et hoc est illud, de quo Afinus rudit. Quis ve-
rò non Thessalum Afimum eum dicat? aut bouem mari-
nūm?

Dictum Hieronymi, ait Afinus, huc respicit, vt quisq;
in sua functione & officio optimos quosq; artifices &
magistros eiusdem functionis æmuletur. Respondeo.
O stupidum stipitem. Hoc est, quod maximè volebam:
quod vel applicatio illius diæti, nisi truncus esses, te do-
cuisset, qua dixi: Sic nos cum Hieronymo: proponant sibi
Iurisperiti Bartolum & Baldum, Medici æmulenter Gale-
num & Hypocratem, &c. Adeo igitur stolidus est Afinus
vester, vt dum se mea refutare putat, amplius etiam con-
firmet.

CVM exemplum Lucæ Euangelistæ nobis opposuisset
Grynaeus, respondi ego: aliud esse historiam conscri-
bere: & aliud de Controversijs religionis, præfertim verò
de tantis Mysterijs pronunciare. Ad illa rudit Afinus:
Ergo Lucas scribendo historiam sacram, controversias de
religione explicauit, veritati testimoniū perhibuit, Chri-
sti & Apostolorum doctrinam se probare & amplecti te-
status est. Respondeo: O stupiditatem Afininam. Epipha-
nius dogmata & errores omnium penè primitiue Ecclesiæ
hæreticorū historia complexus est, sicut Lucas Apostolorū

xxxviii.

xxxix.

doctrinam: ergo hæretibus testimoniu[m] perhibuit, & coru[m] dogmata se probare & amplecti testatus est? Neque enim Lucas controuersias explicauit, aut veritati, nisi per accidens, testimoniu[m] perhibuit: sed ab alijs explicatas, nobis scriptas reliquit: & quomodo Apostoli veritati doctrinâ & sanguine testimoniu[m] perhibuerint, docuit, descripsit. Et vt ita eset: nunquid Asinus dicet, Lucam sine vocatione istud sibi sumpsisse? Quod cùm non possit: quid illud ad vestros Medicos & Iureconsultos?

XL.

AD exemplum Eldad & Medad responderam: extraordinaria illa esse, etiam Caluino teste: ideo nihil probare. Quærerit igitur nunc ex me Asinus: Quid si ordinariè prophetassent, meritō fuissent à Iosua reprehensi? Responde, inquit, si potes, Andrea. Respondeo: Ardua sanè & difficilis Quæstio. Quid, mi[hi] Asine, si ruat celum, aut volet terra? Vtrunq[ue] mirum. Quò enim ruat illud, cùm non sit locus extra illud? Aut quomodo hæc volabit, cùm pennis destituatur? Atqui si dicam: istos viros si ordinariè prophetassent, immerito à Iosua reprehensos fuisse, cùm iam in ordinaria fuissent vocatione: quid tu, Asine, respondebis? Aut quid ad tuum institutum confirmandum faciet?

XLI.

AT, inquit Asinus, vt proprius te vrgeam: hoc propo-
suit vobis Grynæus cogitandum, vtrum eo Spiritu
fisis, quo Moses, qui hos duos, non solum non prohibue-
rit, sed optarit insuper, vt totus populus prophetaret? Re-
spondeo: Vtinam verò, ô Asine, non tibi solum, sed omni-
bus etiam Sacramentarijs, omnibus siue Medicis, siue Iur-
econsultis, Philosophis aut Oratoribus, quibuscumq[ue] er-
roribus fascinatis, ea dona esent, vt controuersias reli-
gionis & recte intelligere ipsi, & alijs explicare dextrè pol-
lant, sed vt Apostolus ait, unusquisq[ue] proprium donum
habeat

Habebat ex Deo, aliis quidem sic, aliis vero sic, sicut unicusq; diuisit Dominus, ita ambulet: unusquisq; in vocatione, qua vocatus est, permaneat. Sed quid Afinus Scripturas commemoro, margaritas porco?

Confundere me, dicit Afinus, unionem Personalem cum communicatione Idiomatum, more Nestoriano. Respondeo: Tu vero mea confundis more Afinino. Sic enim scripsieram: Humana Christi Natura et si non sit aliud quiddam, ratione substantiae, effecta: tamen beneficio unionis Personalis, per communicationem proprietatibus supernaturalibus exornata est. An vero, Afinus, non aliis, qui praefat beneficium, & aliud beneficium praestitum? Cum itaq; communicationem illam beneficium unionis Personalis dixerim, & hec duo perspicue distinxerim: quomodo me confundere dicis? O Phrygium regem.

D. Jacobus cum superioribus annis Mompelgardum vt solet, ait Afinus, expaciaturus esset, & Tigurum venisset, aduentum suum studiosè dissimulauit, vnica Gualtheri concione ita percussus, vt omnem in fuga salutem sibi positam iudicaret. Respondeo: Misericordia erat vna cum alijs ab illustrissimo Principe nostro, S.m. Christophoro, in controversia grauiissima, Mompelgardum. Itaq; extra veritatem expaciatur Afinus, dum animi gratia factum, nugatur. Et quam stolidus est! Si enim in loco publico, publicæ concioni interfuit: quomodo aduentum suum studiosè dissimulauit? Vnde helleborum Afinus? At Bullingerum non alloquitur est? Respondeo: Nec ideo eum venerat, vt neglecta vocatione, aliena curaret, & πολυπραγμοσύνη sacramentariam imitaretur: sed vt illa tantum trahiret. Quid igitur istud ad rem facit? Vnde sene, quam procul à scopo & veritate expacieris? An non hircum mulgeas?

Christum in tertio cœlo Paulo apparuisse, facile probari

XLII.

XLIII.

XLIV.

L. 12.

bari posse, inquit Asinus, nisi ea, quæ Augustinus de Genesi ad literam scriperit, & quæ Paul. 2. Cor. 12. commoret, ex Scriptura tollamus. Respondeo. Stupidus est: quis enim negavit Christum in tertio cœlo apparuisse Paulo? etsi ille hoc expresse non scribat. Quæstio potius est, an cap. 9. & 15. prioris ad Corinth. ad illum locum Paulus respiciat? Quod si ostendisset Asinus, ex Scriptura & Antiquitate, Paulum ad hunc locum respexisse: sequetur Zwinglium, Caluinum, Bullingerum & cæteros à scopo aberrasse, vt qui locum istum contra Scripturam & Veterinatem interpretati essent. Sin verò Scripturæ & Veterinatis autoritate explicatio ista delitueretur: quo loco habenda esset, nemo non videret. Locum autem Augustini Asinus temerè citat, cùm nunquam inspicerit. Adeò enim obscurus est, vt etiam Sacramentarij scribant, esse prolixum & intricatum. Quomodo ergo stupidus hæc bestia eum intelligeret, cùm seipsum non intelligat.

Muscul. 2. Cor.

12.

11. 12.

XLV.

Dialectica Vbiquitaria, inquit Asinus, non absurdum censet dicere, Corpus Christi in pane delitescere sine accidentibus, & sine proprietatibus suis essentialibus. Respondeo: Dialectica Vbiquitaria dicit, in Bömlero delitescere ignavum & stolidum Asinum, cuius tamen aures subinde adeo enormiter promineant, vt agnoscit facile possit. Dicat enim primò, in qua Dialectica Vbiquitaria legerit, Corpus Christi in pane delitescere? Si id, sine calamnia, non possit: dicemus, eum fortè in Asinaria Plauti istud reperisse. Deinde, quare vsq; adeò absurdum putat, Corpus Christi sine accidentibus physicis in Cœna præsens esse, cùm Augustinus scribat: Valet diuina potentia de ista visibili Natura Corporum, quibusdam manentibus, auferre tamen quas voluerit qualitates? Quod si dixeris, loqui te de proprietatibus substantialibus: quæro, quænam illæ sint? Si dixeris, locum: certè aut cœlum Corpus naturale non erit, aut Corpus naturale sine proprietate

tate hac tua substantiali esse poterit, cùm in nullo loco sit.
 Si [visibile esse] substantialem proprietatem dixeris: cùm
 obiectum visus, color sit, qui inter qualitates & acciden-
 tia numeratur, quæ adesse & abesse possunt sine rei cor-
 ruptione: quomodo [visibile esse] proprietas substancialis
 fuerit, sine qua Corpus naturale subsistere non pos-
 sit? Si verò dimensiones Corporis intelligis: Athanasius
 tibi respondet: Stolidi sunt, inquit (ecce quomodo Atha-
 nasius me suo calculo in mea sententia confirmet) qui car-
 nis Christi dimensionem conantur facere. Corpus quod-
 libet naturale, compositum ex quatuor illis simpliciori-
 bus, si neq; graue, neq; leue sit, quomodo mouebitur?
 si non mouebitur: quomodo erit Corpus naturale? Et
 tamē Martyr de ferro natante locutus, ne in maius aliquod
 absurdum impingat, vtrō largitur, ademtum ei fuisse
 pondus, & rectè quidem. Nam & Augustinus inquit:
 Cedant paulisper moles & pondus (sive modus & pon-
 dus) ille hæc facit, cui nihil est impossibile.

Non entis nulla esse accidentia dicitis, ait Asinus: &
 tamen non absurdum videtur dicere, non entis esse
 effectum. Respondeo: Si de substantia Corporis Christi
 loquimini, dicimus, illud non magis extitisse in Veteri
 Testamento, quam Mariæ Virginis, ex qua carnem suam
 Christus assumvit. Sed tamen effectum Veteres, in vmbbris,
 consecuti sunt, per quas Deus in credentibus eundem ef-
 fectum ad salutem operatus est, cùm eundem Christum,
 quāmvis diuersa à nobis ratione, in illis vmbbris fide ap-
 prehenderent, quem nos in carne exhibitum amplecti-
 mur.

XLVI.

Adferit dictū quoddam Augustini, quo se ostendere pos-
 se putat, diuersas & pugnantes vnius dicti Scripturæ
 interpretationes, cum nullo periculo coniunctas esse.
 Et addit: Adferre illam pugnantiam haud exiguum mo-
 mentū, ad recōditam Scripturæ ybertatem commendan-
 dam.

XLVII.

dam. Respondeo: Fatetur ipse Afinus, Augustinum loqui de obscurioribus Scripturæ locis. Cùm verò Sacramentarij omnes, Zanchius in primis, fateantur, nihil obscuritatis habere locum illum de apparitione Christi: cùm neceste fuerit, vero suo corpore eum apparuisse, quandoquidem Corporis resurrectionem ex eo confirmabat Pausus: quid igitur stupidum Afinum iuuat ille locus Augustini? Deinde cogitet, quām bellè sibi conueniat cum Zanchio: qui in me inuectus acerbissimè, ait, me retegeret omnium oculis, magnorum virorum (Sacramentarium) pudenda, quātecta esse debebant: Tu verò ais, esse laudabiles conatus: & facere illud non parùm ad commendandam reconditam vberatem Scripturæ.

XLVIII.

Avidamus aliud piaculum. D. Iacobus scripsit, Grypane percipi: cùm ille dixerit, nomen Corporis Christi cum tribui, non percipi. Respondeo: Ea solùm in Cœna percipiuntur, quā verba institutionis promittunt. Verba Cœna (ex hypothesi Grynæana) pollicentur panem, cui per Metonymiam tribuitur nomen Corporis Christi. Iam, Afine, tu infer conclusionem & dic, quid percipiatur, & quantum distent inuicem, tribuere tantùm nomen Corporis Christi pani in Cœna, & percipere tantùm nomen Corporis Christi cum pane in Cœna.

XLIX.

PEtij, doceret, qua autoritate pro Domino, vt textus A&t. 23. habet, Gualtherus nobis Angelum substituat. Rudit Afinus: Qua autoritate Lutherus verba Esaie 6. Vidi Dominum: interpretetur speciem Domini? Respondeo: Anne putat Afinus, Esaiam ipsam essentiam diuinam in se, vidisse? atqui scriptum est, Deū nemo vedit vnquam. Neq; enim videbit me homo, & viuet, inquit Dominus. Vedit ergo Esaias Dominum specie ea, qua se Dominus ei videndum obtulit. Verùm de Corpore Christi, alia ratio

ratio est: ideo stupidus est Asinus, quod argumentatur à Spiritu ad corporalem substantiam, tanquam à paribus: cùm toto cœlo differant.

Dixerat Grynæus: Negamus Paulum vsquam affirmare, impœnitentes seu infideles corpus Christi manducare: de ijs autem loquitur, qui à Domino castigantur, quod de infidelibus dici nequit. Ego contrà ostendi, Calvinum & Bezan duces Sacramentarios locum Pauli de infidelibus, sceleribus pollutis, & impœnitentibus interpretari. Respondet Asinus: Quis verò vñquam negauit eos dignos esse, (indignos voluit dicere) qui fide & pœnitentia vacui ad Cœnam Domini accedunt? Respondeo: Cur statum dissimulas Asine? De loco & interpretatione Pauli quæstio est. Ostendi enim ego, Calvinum & Bezan de infidelibus & sceleratis eum intelligere. Quod si hæc eadem tua opinio est: à Grynæo & Aſellis eius dissentis. Si verò aliò tendit responsum tuum, vt in genere potius de indignis, quam in specie de hoc loco Paulino loquaris: malitiosè statum declinas. Neq; enim in genere, sed de loco Pauli specialiter Calvinum & Bezan interpretes adduxeram.

Si Christus eodem modo viuificat fideles, & mortificat infideles, quo sol ceram emollit, lutum indurat: tum sequetur (ait Asinus) Christi Corpus viuifica sua virtute, alios viuificare, alios mortificare. Respondeo: Quis dixit eodem modo id fieri? Quare, stupidissime Asine, meis verbis ista affingis? Hoc dixi: si naturaliter agentia, vt sol, diuersimodè operari possunt, in diuersis subiectis: quid mirum, eundem Christum, qui est agens liberimum, diuersos effectus operari in diuersis obiectis, fidelibus & infidelibus posse? Quod autem eodem modo id fiat, vbi dixerim, ostende. Atqui inquis, sic simile erit dissimile. Respondeo: Omnipotenter, hac in re est dissimile. Si enim simile quadraret in omnibus, nō esset simile, sed prorsus idem.

In eo autem non est dissimile, in quo à me collatio vtric
usq; instituta est. Quod verò tu latius illud, & aliò exten-
dis: id stoliditatem tuam & vertiginem demonstrat.

LII. **S**cipserat Grynæus, nos docere, indignos ipso vsu &
" ipsa per se participatione reos fieri. Id ego calumniam
" esse dixi. Eam sic à suis remouere conatur Afinus: Quid
" ergo, inquit, volunt sibi ista tua verba, in vsu Cœnæ non
" solum fideles, sed etiam indignos & impœnitentes Cor-
" poris Christi participes fieri, non autem ad viuificatio-
" nem, sed ad iudicium, quos in vsu huius Sacramenti, re-
" os fieri dicit Corporis & Sanguinis Christi. Vbi Afinus
duo ista vocabula [in vsu] maioribus literis scribere vo-
luit. Sed tantum abest, vt calumniam sic excusat, vt etiam
stupiditatis Afinina se reum faciat. Aliud enim est IN
VS V, & aliud ipso per se vsu reum fieri. Si ipse per se vsus
reum facheret: tum etiam pīj rei fierent, quoties S. Cœna
vterentur. Quod verò in vsu aliquid accedit, videlicet per-
sonæ illius, quæ Sacra Cœna vtitur, indignitas: id ex acci-
dente fit, non ex ipso PER SE vsu. Afinus igitur est, qui
ignorat regulam bonæ consequentia: Ab eo quod per ac-
cidens accedit, ad id quod per se inest, non esse bonam
consequentiam.

LIII. **V**im viuificandi à communione Corporis Christi se-
parari nunquam posse, ait Afinus, à Scriptura & toto
Patrum choro luculenter confirmari. Respondeo: Quare
Afinus ex toto choro non producit aliquos, aut ex omni
Scriptura aliquot eius rei testimonia? Certè in Deo cùm
nullæ sint qualitates, nulla accidentia, sed omnia essentia-
lia: tamen Deus, qui non minus ratione essentia impijs,
quam pījs præsens est, non se illis vt his communicat. De
qua re Augustinus scribit: Deum vbiq; esse, sed non vbiq;
habitare: quanto verò magis Christus suo Corpore esse
possit cum impijs, vt tamen eos non viuiscet.

Cingli

Cinglij ineptias de duplice Christi carne ita excusat, vt dicat: Me sycophanticē exagitare, quæ verè verboq; Dei conuenienter sint scripta. Et addit: an non tu quoq; duplē carnem Christi in Cœna agnoscis? Si verbum Dei duplē carnem Christi in Cœna docet: quare non pro conuitijs tuis illud verbum potius nobis exposuisti, Asine, vt respondere nunc ad rem possemus? Et mirabiles profecto, Sacramentarij, estis: aliás dicitis, Corpus Christi non magis præsens esse in Cœna, quām regem Hispaniarum Indiæ Orientali: iam ad dextram nimis declinantes, duo Christi Corpora nobis simul in Cœna offeritis. Et quæso, vnde est alterum illud? Num itidem ex substantia Virginis? Aut forte secum Cœlo detulit: aut nisi fallor, Campani delirium inscius amplecteris, qui panem dixit Corpus Christi, quia sit creatura eius.

Non sequitur, ait Asinus, Paulus vidit Christum suo Corpore: ergo simul fuit in pluribus locis. Quia Maria, Ioannes, Crucifixores, etiam viderunt Christum: nec tamen ideo fuit in omnibus cantharis &c. Respondeo: Calumnias Asini huius non facimus. Et respondeo ad rem ipsam, stupide Asine, quare non distinguis tempora? Anne quæ tu dicis, ante vel post Ascensionem facta sunt? Certè cùm ex hypothesi vestra, nunc post ascensionem in cœlos, Christus tantum in cœlis sit, & oculi Corporis humani ad summum illud & ultimum cœlum penetrare non possint: sequitur, Christum suo Corpore tum non in cœlo tantum, sed in loco etiam propinquiore adfuisse Paulo, vbi ab eo videri & agnosci potuerit, & sic duobus locis simul fuerit.

VT probet, Sacramentalem mandationem nihil esse aliud, quām signorū mandationem: ad fert Augustini testimonium. Huius rei Sacmentum (inquit Augustinus) id est, unitatis Corporis & Sanguinis Christi ali- "Tract. 26. in cubi Ioh.

cubi quotidie, alicubi certis interuallis dierum, in Dominica mensa præparatur & sumitur, quibusdam ad vitam, quibusdam ad exitium, quicunq; eius particeps fuerit. Paucis respondeo: nisi Asinus stupidus esset, qui nihil intelligeret, istum locum nunquam in hunc finem ciat. Si enim Augustinus de signis tantum loquitur, cur ait: quibusdam ad vitam? Num verò manducatio panis & signi conducit per se ad vitam æternam? Ecce vertiginem Asini: Ecce auriculas Asini rex Sacramentarius habet.

LVII.

Acta Colloquij Quedliburgensis (ait Asinus) à nostris edita, testantur luculentissimè, Heshusū Vbiquitatem oppugnare. Respondeo: Qui vobis aetulla communicavit, homo perfidus est. Quid igitur ei tribuendum putatis? Ecce Asine firmitatem tui argumenti. Deinde D. D. Heshusius non solùm Formulae Concordie subscripsit, sed hodie etiam profitetur, se ita illam amplecti, vt in doctrina, ista formula comprehensa, quam ille subsignarit, vsq; ad extrellum spiritum constanter diuina bonitate perseuerare velit. Atqui, tu Asine, quare vocas illam formulam Vbiquitariam? Si itaq; Vbiquitatem formula illa docet: quomodo Heshusius eam impugnabit? Præterea suprà dixeras, Apologiam Erfordensem dicere, Vbiquitatem figurament esse otiosorum hominum: cum autem eorundem Electorū & Principum ijdem Theologi colloquio isti interfuerint, qui Apologiam ediderunt: quæ so quæ controversia inter eos fuit? Aut quare inter illos non conuenit de Persona Christi? Si Vbiquitatem hic oppugnauit, illi itidem figuramentum otiosorū hominum esse dixerunt? Et de his haec tenus.

Habetis itaq; Viri Sacramentarij Asinum vestrum: habetis ruditatis, ignauiae, & stupenda stupiditatis eius rationes plures fortasse quam velletis: quibus ita in hoc argomento versatus est, vt meritò Asinus portans mysteria dici

dici possit, ut qui nec suos, nec se ipsum etiā intelligat, sed & seipsum, doctrinam vestram, & vos omnes omniū eruditorum ludibrio stoliditate sua exposuerit.

In eum verò an grauius aliquid decernendum, vt aut Cumas in exilium deportetur: ibi enim viros inteniat, qui arte tractare Asinos norunt: aut in pistrinum aliquod ablegetur, loris ut ibi ad necem vsq; operiatur: de eo vos pro eximia & singulari vestra prudentia statuetis. Ego certe venia aliqua dignum illum existimo. Asinus enim erat, qui neq; literas, neq; natare, sine ratione, sine iudicio, adeò insensatus, adeò stupidus, vt is ipse Asinus videri possit, de quo puerbio dicitur: Asinus neq; pluua compluitur, neq; sole aduritur: eum vos, ô viri, Asinum scilicet ad tibiās, in publicum protrudere, nescio qua vana persuasione decepti, ausi fuistis. Vobis igitur, quē ille deliquit, iure imputabuntur.


Dicetis fortasse: causa nostra erat penè deplorata, vistoria incerta & dubia, & hunc ipsum, qui nunc secutus est euentum, animus præfigiebat. Putauimus itaq; sic faciendum, vt quomodo cunq; cecidisset, non magna iactura esset Asini. Recte sāne: at meminisse vos vicissim oportuit, eius, qnqd vulgo dicitur: quibus domi planstrū est, iij conductitijs Asinis non opus habent. Quod igitur vos, Viri Sacramentarij, alienum Asinum inde è Tiguro vocatum, precio contra nos conduxitis: an non id argumento est, magnam apud vos eruditorum virorum esse penuriam, vt quibus alieno iumento, & quidem adeò tardo & mutili rus suum colere necesse sit.

Sed vtcunq; habeant ista, siue in boue, siue in Asino, aut in boue & Asino simul, aut etiam in vitulo vobis arare porrò placeat: à me sāne nullis vestris sarcasmis, nullis iurijs, nullis contumelijs, ullum posthac responsum ex-

torquebitis, ut qui coaſtituerint, non me cuiusquam sacramentariorum nugis scripto prius obuiam iturum, quam illi calumniari, mentiri & conuiciari deſinant. Aut igitur veftro ſcribendi labore porrò ſuperſedebitis: aut à conſuetis mendacijs atq; conuicijs vos temperabitis. Quod vos, quorum intereſt, ſcire volui.

F I N I S.





OCN 67985223